

77

2

# Erasmii Roterodami Epistole

ERASMI ROTERODAMI EPISTOLA  
ad Leonem X. Pont. Max. de laudibus illius; & noua  
Hieronymianorū operum editione.

Eiusdem ad Reuerendiss. D. Grimannum S. M. Cardinalem Epistola.

Eiusdem ad reuerendiss. Dn. Raphaelem Rearium tit. S. Georgii Cardinalem Epistola.

Eiusdem ad eximium sacrae Theologiae Doctorem Martinū Dorpium Hollandum Epistola Apologetica de suarum lucubrationum editione.

Eiusdem in laudem urbis Selestadii Panegyricū carmen.

Jani Damiani Senensis ad Leonē X. Pont. Max. de expeditione in Turcas Elegeia.

Ad Johannē Cincinnū **IR** Lippium pfbzm Werdens amozan,

Anno .1516.



[Köln 1516]

## BEATISSIMO PATRI

**S**oni decimo pontifici uere maximo. Eras-  
mus Roterodamus S D  
Si celsitudinis tue ratio habeatur: beatissime pater  
nemo uel summorum principum iueniatur: qui non uer-  
tus sit ad sanctitatem tuam scribere. Quis enim non  
metuat eum compellere litteris: qui quanto ceteri mortales  
pecudibus antecellunt: tanto ipse mortales uniuersos ma-  
iestate superat & inter homines profus coeleste quoddam  
agit numen? Attramen singularis quae naturae tuae bonitas: &  
incredibilis humanitas. quae quidem illa ipsam superas ma-  
gnitudinem tuam: qua superas & maximos. non solum pu-  
blica totius orbis uoce praedicata. uerum etiam ipsa: quae ante  
frontem: totoque corporis habitu relucens. mihi uero: cum olim  
agerem Romae: domestico etiam congressu degustata: tan-  
tum ad id fiducia: ut nec ipse: infimae pene sortis hominatio  
dubitarim sublimitatem tuam meis interpellare litteris. At  
quae utinam liceat uere beatissimis istis aduolutum pedibus  
oscula figere. Video passim: audio passim: quacumque pater or-  
bis Christianus. summos pariter atque infimos sibi detrahi prin-  
cipe gratulari. Quod quidem cum omnes meritissimo fa-  
ciant. nullos tamen aequae id facere par est: atque eos: qui uerae  
pietatis & optimarum litterarum studio ducunt. primum: quod no-  
bilis illa & nominis immortalitate semper uictura Medicum  
familia: cui Leonem debet orbis: semper excellentium probitate  
ac litteris uirorum: & alitrix fuerit & ornatrix. Ex qua nobis uer-  
tutem ex equo Troiano tot eximit in omni doctrinae genere pa-  
ceres: paucis iam annis exilierunt: tot Cicerones: tot Maro-  
nes: tot Platones: tot Hieronymi: ut uel hoc unum omen stu-  
diosos omnes summam in spem debeat erigere: numinum prae-  
dicta Leonem orbis datum: sub quo praeclearae uirtutes: sub quo  
bonae artes omnes reflouescant. iam uero ab isto tuo genere  
adeo non degeneras: ut domus alioque multo omnium laudatissi-  
mae gloriam: tuis superaris uirtutibus: atque hoc ipso reddi-  
deris illustrior: quod illius lucem ornamentorum tuorum splendo-  
re quodammodo obscuraris. Nimirum ad optimam indolem opti-

ma accessit institutio: & felicissimo ingenii tui solo: longe  
bellissimus obtrigit cultor: politicissimus ille Politianus: cuius  
opa: non spinoasis istis ac rixosis literis: sed ueris illis: nec sine  
causa bonis appellatis: ac mansuetioribus: ut uocant: multis  
es initiatus: quae ferum etiam ingenium: mite placidumque solent  
efficere. Neque uero initiatus tantum: uerum etiam absolutus. Ita  
que duae res: quas in principe ciuitatis requirit Plato: natura bo  
nitas & recta educatio. sic nobis constat in totius orbis prin  
cipe: ut amplius ne uotis quidem concipi possit. Neque uero de  
fuit huiusce tam egregiis primordiis: uel tua ipsius industria:  
uel diuini numinis fauor. Quibus rebus factum est: ut cum Ro  
manae urbis libertas: integer timos quoque uiros non raro so  
leat aspergere: tu ut uita: ita & fama modis omnibus illibata ad  
ista attuleris dignitate: ad quam usque adeo nullis pecuniarum  
aut factionum praesidiis penetrasti: ut nec ambiens nec expe  
ctans: non tam hominum suffragiis: quam diuini numinis calculo dele  
ctus fueris atque ascitus. Neque uero mediocriter illustrauit lau  
dum tuarum decus: illa fortuna sauietis iniquitas: quae sane su  
perum praesidium uidet incidisse: quo nimirum genuina uirtus ani  
mi tui uelut aurum igni exploratum: spectatior redderet mor  
talibus. Nam ut Mario plurimum addidit laudis fortuna uicissitudo:  
ita quaedam Alexandri gloria: hoc detrahunt noxae: quae per  
petuo pene rerum successu fuerit usus. Timothei uero felicita  
tas: picturae etiam fuit exagitata. Egregium nauclerum aduersa tem  
pestas arguit. Insignis sculptor: quo durior est ac minus obse  
quentem nactus est materia. hoc maius artis suae miraculum praes  
bet. In quo uis rerum statu explicat sese genuina illa uirtutis  
uis. nusquam tamen clarior: quam quoties nouerca Iuno Hercule suum  
omni genere malorum exercet. Magis illustrarunt Ulyssidem:  
tot exantlati labores: quam feliciter excisa Troia. Quamquam illud  
sepe numero uidemus accidere: ut quae res aduersas fortiter pertule  
runt. fortitudo blandientis indulgentia corrumpant. At tu quam integri  
tatem in rebus affertis semper persisteras: eadem hactenus ad summum rerum  
apicem euectus persististi. Nisi quod nunc tua bonitate magis sentimus.  
dum nobis expressi? Christi refert imaginem: cuius haud dubie uicem  
geris: posteaquam ad summam bonitatem summamque sapientiam: par accesse  
rit potentia: ut quantum pro tua bonitate potuisse uis: quantum

*a. l. v. m. j.*

*adagium?*

per tua singulari sapia. q̄ rōne succurrendū sit rebus hūanis.  
p̄spicis. tantūdem p̄ summi pontificii fastigio possis. Vt em̄  
nihil possit accidere pestilētius. quā si prauitas ac stulticia.  
summi magistratus armet autoritate. ita non alia res æque  
salutaris a superis dari p̄ mortales. q̄ si ad cuncta mode  
rantis dei similitudinē. tria hæc in principe copulent. Por  
ro quo maior ē prās. hoc p̄niciosior est. si iciderit in hoīem  
uel stultū: uel malū. Sensit ilico mundus Leonē gubernacu  
lis rerum admotū. repente sæculū illud plusq̄ ferreū. in au  
reū uer sum. ac tanta tāq̄ fatalis subito rerū oīm cōmutatio.  
ut nemini nō palā cēt. hæc autore deo geri. Composita bel  
lorū undā. cōhibita principum inter ipsos minā. acerbis  
odii dissidentes maximorū regū animi in Christianā ada  
cti concordia. sublatum perniciosissimū illud schisma. & ita  
sublatū ta ingens malū. ut ne cicatrix qdem supsit. Vt fileā  
interim. qd̄ aliquot Italiae principes suis ciuibus. qd̄ cōplu  
res ciues in exiliū actos suæ patriæ reddidisti. qd̄ tuā famili  
am diu fortuna: iniuria uexatā restituisi qd̄ Florentiā ciuis  
tatē tuā que maiorū tuorū prudentia diu florētissima fuit.  
multo reddidisti florentiore. Hoc nimirū erat Gentilicio  
Medicis cognomini rīdere: tot tā imedicabilibus pene to  
rius orbis malis subito mederi. idq̄ non uī neq̄ seueritate:  
ueluti se et ionibus: in iustis: aut alioq̄ tristibus pharmacis:  
sed consilio: sed prudētia: sed animi moderatiōe: sed māfue  
tudine. Alij laudibus uehant: bella a Iulio secūdo uel excita  
ta: gnauiter: uel gesta scelicitē: uictorias armis partas recē  
seant: triumphos regali actos celebrent: quantūlibet hisce  
rebus gloriæ tribuent: tñ eam cū multorum dolore coniun  
ctam fuisse: fateant̄ necesse est. Vt interim fileā: quod ex rei  
bellicæ glia magnā partē sibi uendicāt principes: quorū du  
ctu auspiciisq̄ negocium agit. maiorē fortasse miles: cuius  
periculo manibusq̄ res gerit. maximam uero fortuna: quæ  
nulla in re magis dominat̄ q̄ in bello. Ad Leonis autē gliam  
nullus ē qui ingemiscat: nemo q̄ mussat. neq̄ piculum ē. ne:  
quod i plerisq̄ fieri solet: damnet posteritas: cui sua applau  
serit ætas. Accedit huc: qd̄ tua glia: p̄ter q̄ qd̄ nlli n̄ salutaris  
nlli nō lætissima fuit: tota tibi cœlestiq̄ numini ppria ē: ut q̄

metaphora a  
medicis  
a timorata

Similitudo

publico oim bono bn fortunante deo: incredibili tua sapia  
contigerit: atq; uel ob hoc ipsum magis est propria tibi. qd  
illius munere contigerit: q nō fauet imerenti. Vt maximū  
deklararit Iuliū totus pene orbis ad bellum excitatus: certe  
maiorē testat Leonē pax orbi restituta. Clarus arguit tuā  
magnitudinē: quod iclytus Lodouicus Galliarū rex. se sua  
q; oia tuo submisit arbitrio: q Iulii. quod ab eo bello uictus  
est: aut certe uexatus. Magis illustrauit autoritatē tuā. Sere-  
nissimus Angliæ rex: huius nomis octauus: quod te autore  
deposuit arma: q Iulii: eū illius instinctu suscepit arma: pro-  
pterea quod ad capeffendum bellū facile quēuis alliciat uic-  
torix spes: nemini nō bladiens: & haud scio an illis potissi-  
mū: qbus insidias struit fortuna. At uero efficere: ut tantus  
rex: imo ut iuuenis excelso atq; inuicto præditus animo: ad  
hæ: tanto rerū successu uel ut exultans: uictoriā iam certam  
amittat e manibus: atq; ex hoste acerrimo in summā transe-  
at cōcordiam: id uere plane diuinitatis cuiusdam esse uidet.  
Deniq; ut pro tpe necessaria fuerit Iulii seueritas: certe ma-  
gis salutaris fuit Leonis mansuetudo: multoq; propius ad  
eis accedens exemplar: cuius locū inter mortales occupat  
Romanus Pontifex: nempe Salomonis illi<sup>9</sup> pacifici: q sua  
cōcordia cœlum pariter ac terrā conciliat atq; cōglutinat: q  
tolerantia uicit: nō copiis: q moriendo triūphauit: q nō ali-  
orū sanguine sibi uindicauit imperiū. sed suo sanguine no-  
bis regnū cœleste compauit. Proinde optimo iure sibi gra-  
tulat orbis Christianus: talem Leonē: in cuius ore reperit  
mundus plusquā melleā dulcedinē. Quid em pace dulcius e  
præsertim post grauissimos ac diutinos bellorū tumultus.  
qbus inter nos collidebamur: imensa Christiani sanguinis  
iactura: ingenti bonarum mentiū dolore: magno Turcarū  
gaudio. Ad ipsam etiā illorū temporū recordationē in hor-  
rescit animus. Sed cuiuscunq; malū illud acceptū feret poste-  
ritas. Medici certe debemus remedium. Quod supest: confi-  
dimus fore: ut quēadmodū Samsonisenigma iā pspexim<sup>9</sup>.  
ita Christo res tuas bn fortunāte mox & illud apocalypsea  
os in te quadret. Vicit leo de tribu Iuda. Sapiētix moderā-  
tionisq; tuæ dulcedinē iā sensimus oēs. Et Leonē uidelicet

A iij

illum uictorem: breui spectabimus. Hoc nobis de te pol  
licentur uirtutes istæ tuæ tam incomparabiles. hoc utrū  
q; nomen ominatur: & quod ad summum pōtificium at  
tulisti. & quod creatus pontifex adoptasti. Etenim cum  
Ioannem audimus ac Leonem; quid aliud intelligamus:  
quam eximiam bonitatem: cum inuicto animi robore cō  
iunctam? Quin illud quoq; foelix auspiciū habere uis  
detur: quod non solum Leonem habemus; quo nomine  
nullus adhuc fuit Rhomanus pontifex: non egregie lau  
datus: uerum etiam Leonem decimum. Nam quicquid in  
gens esset: id decimum appellabat antiquitas. Proinde  
quicquid uirtutum in singulis Leonibus excelluit. id to  
tum expectamus a Leone decimo. Primi Leonis foelis  
cem auctoritatem. Secundi eruditam pietatem: & sacræ  
musices studium. Tertii præter salutarem eloquentiam;  
animum quoq; ad utramq; fortunam infractum. Quar  
ti simplicem illam & a Christo laudatam prudentiam.  
Quinti sanctam tolerantiam. Sexti pacis ubiq; sarcien  
dæ studium. Septimi cælo dignam sanctimoniam. Octa  
ui integritatem. Noni effusam in omneis benignitatem.  
Hæc inquam omnia nobis promittunt: nō solum nomi  
num ipsorum haud quaquam contemnenda auguria: ue  
rum etiam hæc quæ iam abste præstita uidemus: quæ uis  
demus apparari. Foelices rerum orsus: foelicem porten  
dunt exitum. Porro uictoriæ spem hoc nobis facit cer  
tior: quod optime perspicit sapientia tua: ut est gemi  
na uictoria: ita bellum quoq; geminum esse: alterū cum  
uitiis: nimirum omnium pestilentissimis: & haud scio an  
solis Christianæ professionis hostibus. Alterum cum  
impiis & barbaris Christiani nominis & Romane sedis  
inimicis. Ac prius quidem illud: ut magis necessarium  
est: ita & longe difficilius: & a nobis maxime pendens: eo  
q; maiore tractandum cura. Quod simul atq; a nobis ris  
te confectum fuerit: posteriùs hoc facile Christo auxi

liante conficietur. Vt ne dicam interiam utriusq; belli  
longe diuersam esse rationem. Alterum est eiusmodi:  
ut a bonis nonnullis improbetur. Alterum uno cuncto-  
rum laudatum. Nam ad bellum cum uitis gerendum:  
haud dubie: adhortatur Christus: extimulat Paulus. at  
belli cum Turcis suscipiendi: nec auctor est Christus:  
nec adhortatores apostoli. Vt demus utramq; gerens-  
dum: certe maiore studio molendum: quod indixit spi-  
ritus ille cœlestis: quam quod instituerunt homines. Et  
haud scio: an: quemadmodum ipse christus una cum su-  
is apostolis ac martyribus: beneficentia: patientia: san-  
cta doctrina: sibi subegit uniuersum orbem: ita rectis  
us Turcas uitæ pietate subacturi simus quam armis. ut  
isdem rationibus uindictetur Christianum imperium:  
quibus olim paratum esse constat. Quod si utrunq; pro-  
bandum est: probandum autem proculdubio: quicquid  
Rhoanus approbarit senatus: neutra certe in recess-  
at inaudita tua pietas pater beatissime: quæ simul & Chri-  
stianæ plebis religionem: iam olim multis collapsam mo-  
dis: & in dies magis ac magis collabentem: saluberrimis:  
ut audio: synodi constitutionibus. sarcit ac restituit: & hu-  
iusmodi constitutionibus: non quæ quæstum: aut domi-  
nandi libidinem: aut tyrānidem oleant: sed quæ uere spi-  
ritū referant aplicum. quas qui uis a patribus non a dñis  
pfectas possit agnoscere: i qbus piæ mētes ipm chm ue

luti loquentē uenerent. Hac igit̃ uia molit̃ sanctitas tua: ut  
Christi ecclesia ueris ac suis opibus locupletet̃. ut sua præs  
mideat gloria: ut sua polleat ditio: breuiter his celestibus  
donis cumulet̃: quæ non nunq̃ tum potissimū exuberant: cū  
cæteris illis destituimur maxime. Quanq̃ nec alterā illā uir  
tutis functionē uideris negligere: ut q̃ conciliandis oīm in  
ter se principū animis: componēdisq̃ Christianorū rebus:  
pulcherrimā pariter acturissimā struis uia: ad impiā Turca  
rum gentē uel subigendā uel profligandā. Non ferent ali  
q̃ Leonis nostri rugitū: imanes ille beluæ: sentiet̃ sentient  
in uictū illud Leonis mansuetissimi robur. quantū uis trucu  
lenta: fera. impares erunt pontifici: magis pietate q̃ copiis  
armato: ac numē etiā mortale secū in bella trahenti. Video  
sādudum beatissime pater: q̃ ingens laudū tuarum campus  
se nobis aperiat. sed longe impar ē huius ingenio uis: re  
bus tantis explicandis: ad tam diuina facinora: nostra non  
aspirat eloquentia: uel potius infantia. Atq̃ utinā hoc studi  
um de eruditis omnibus ut uelint. rū ea facultas: ut possint  
oīm saculorū memoria: dignas Leonis decimi uirtutes. dis  
cendi uiribus exequare. Me qdem pcul absterret tua celsi  
tudo. quē em̃ illa nō absterreat. Et tñ nescio. quo pacto. mi  
hi uehementer gestit animus. pro uirili omnis ingenii ner  
uos in hoc explicare. ut quāta extiterūt Leonis in Christia  
nā gentē merita. tanta & posteris habeant ac celebrent. nul  
lo unq̃ tpe intermoritura. Qua de re diu cogitanti mihi. cū  
exploratū haberē. nequa q̃ ingenii nr̃i præsidio confici pos  
se. p̃p̃modū uisum ē. fieri posse. ut hac rōne utiq̃. qd̃ co  
nor. liceat a se q̃. si ad id efficiēdū immortalis alicuius p̃se no  
minis adminiculo fuerimus usi. Perspiciebā diuū Hierony  
mū sic apud latinos esse theologorū principē. ut hunc p̃pe  
solū habeamus theologū dignū cognomīe. nō qd̃ cæteros  
damnē. sed qd̃ illustres alioq̃. si cū hoc cōferant̃. ob huius  
eminētiam uelut obscurent̃. deniq̃ tot egregijs cumulātū  
dotibus. ut uix ullū habeat & ipsa docta Græcia. quē cū hoc  
uiro queat cōponere. Quantum in illo Romanæ facundia:  
quāta linguarū peritiā: quanta oīs antiquitatis. oīm historia  
rū noticia. q̃ fida mēoria. q̃ foelix rerū oīm mixtura. q̃ abso

De opib; hiero<sup>m</sup> 297  
tuendis: ad d. Lantio p̃p̃

Iuta mysticaru scripturarum cognitio? sup omnia q̄s ardor ille: q̄  
admirabilis diuini pectoris afflat? ut unus: & plurimū de  
ctet eloquentia: & doceat eruditione: & rapiat sanctimonia.  
Atqui hūc uirū ut unū habemus: dignissimū q̄ legat ab om̄i  
bus: ita unus sic deprauatus erat: sic cōtaminatus: sic cōspur  
catus: ut nec a doctis posset intelligi. Videbā facinus q̄dem  
pulcherrimū: si nostra cura doctor tā eximius orbī restitue  
ret. Verū p̄spiciebam tantū esse in eo negotio difficultatis:  
ut ea res nō unū desyderaret Herculē. Tantū aberat: ut unū  
me parem esse posse confiderē: adeo nō Hercules: ut uix est  
am hō. Attamē certatim adhortantib⁹ eruditib⁹: efflagitantib⁹  
bus ep̄is: noīatim aut̄ unico illo: nō meo tantū: sed & oīm lie  
terarū: oīs uirtutis: ap̄ Britānos Mœcenati: D. Guilielmo  
archiepo Cantuariēsi. Quo q̄dem uiro ut nihil habet illa sū  
la uel eruditio: uel integritate: uel oībus deniq; ornamen  
tis ep̄iscopalibus absolut⁹: ita nō aliū habet: ad prouehen  
dū optimarū rerū studiū p̄pensorē: porro in oībus nego  
tiis quæ ad sedis Romane dignitatē: amplitudinē: ac maie  
statē p̄tinet: ea pietate: ut maiore nō possit. Deinde iam uelū  
ti restitantiē: & ob imensam laboris magnitudinē: susceptæ  
p̄uincia: sup̄p̄tentiē. Reuerēdi in christo patris Io. Petri  
Caraffa: ep̄i Theatini: q̄ nūc apud Anglos: noīe sanctitatis  
tuæ oratorē agit: denuo redaccendit orō: suaq; uoce & ap  
plausu: reddito mihi anō in certamē reuocauit. qd̄ em̄ non  
psuadeat: illa tam singularis hoīs eloquentia: quæ nō p̄mo  
ueat: tā integri: tā grauis autoritas Presulis: quæ nō inflam  
met: tā rara optimi uiri pietas? Nam ad triū linguarū haud  
uulgare peritiā: ad summā cū oīm disciplinarū tum p̄cipue  
theologicæ rei cognitionē: tantū hō iuuenis adiunxit inte  
gritatis & sanctimonia: tantū modestiæ: tantū mira grauita  
te conditæ comitatis: ut & sedi Romanæ magno sit. ornamē  
to: & Britānis oībus absolutū quoddā exēplar exhibeat: un  
de omnes oīm uirtutū formā sibi petere possint. Hic tantus  
tantū tribuit hisce meis laboribus: ut ne: si imodestissim⁹ q̄  
dem sim: possim agnoscere. Et tū nescio quo pacto laudib⁹  
illis suis: iam fesso calcar addidit: fatiscentē e exit: deficientē  
tem restituit. Horum igit̄ & his consimiliū hortatibus exit

B

mulatus: atq; in primis eius auxilio fretus qui nō solet unq̄  
 piis deesse conatibus: ueluti nouus iam ad intermissum op̄  
 redeo. Ep̄larū uolumina: nā hæc mihi proprie sumpsi: a mē  
 dis: q̄bus extincta fuerant uerius q̄ depauida: p̄tīm ueterū  
 collatiōe codicum: p̄tīm nostrap̄te sagacitate repurgauim⁹:  
 Græca: quæ uel deerant oīno: uel p̄peram erāt addita: repo  
 suim⁹ diligenter. Quod idē factum est & in Hebraicis: uerū  
*oik̄ d̄v̄co d̄s̄b̄m̄b̄* ut gr̄cū habet proverbiū: quod eas l̄ras  
 ipse primorib⁹ modo labris degustarim. Ad hoc qm̄ diuus  
 Hieronymus: ut est oī genere liarum absolutissimus: ita mi  
 rus est opum suarū ostentator: ut q̄ passim gaudeat in fulcis  
 re: q̄ q̄d ulq̄ apud oīs linguæ scriptores abstrusum ac recō  
 ditū habeat: unde fit: ut eruditus etiā lector ad plerq; lo  
 cos: uel ut ad salebras: restitet: adiecimus cōmoda suis locis  
 scholia: quoties icurrat quod lectorem remoraturū esse uī  
 deat. Preterea quoad licuit in ordinem redegitur oīa. No  
 thos ac subdititios libellos quos p̄tīm casus, p̄tīm librario  
 rū quæstus, aut inscitia, p̄tīm improbissimī cuiusdā impo  
 ris temeritas: Hieronymianis lucubrationibus admiscuit:  
 nō reseuimus q̄dem: sed ab aliis semotos: ademptis titulis:  
 in suū relegauimus tomū: ut neq; sit quod desyderare pos  
 set auidus magis q̄ elegās lector: neq; rursum tā infulsæ ne  
 nix sese posthac tā incompabilis uiri titulo uenditarēt. At  
 q; id ne audacter magis q̄ iudicio fecisse uideremur: p̄fatio  
 nibus & censuris additis: qd̄ in his secuti sumus lectore do  
 cuimus. Quid multis? Tantū hic laboris exanclatū est: ut pa  
 rū abfuerit: qn̄ meip̄m enecarim: dū sedulo adnitor, ut Hie  
 ronymus renascat. Neq; uerebor illud uel iureiurando cō  
 firmare: mioris ip̄si Hieronymo cōstitisse: suas scripsisse lu  
 cubratiōes: q̄ nobis restituisse & illustrasse. Feruet igit̄ iā p̄ri  
 dem ingēs opus: & apud inclytā germaniæ Basileā: totus re  
 nascit̄ Hieronymus: id̄q; in officina Frobeniana: qua nō ē  
 alia uel accuratior: uel unde plus bonorū exeat codicū: pre  
 fertim qui ad sacras p̄tineāt l̄ras. Neq; uero unius hoīs hic  
 labor est: neq; unius hoīs impenditū. Nā in cæteris Hie  
 ronymi monumentis: quæ mihi nō sumpsi: etiāsi pro tpe non  
 nihil opitutor: a compluribus eruditissimis uiris iā p̄ri  
 dem

De eruditor̄ ip̄s  
 diuī Hieronymi.

Scholia

est de sudatū. Inter quos ē eximius ille uir Ioannes Reuch-  
nus Phorcensis: triū linguarū: græcæ: latinæ: & hebraicæ pe-  
ne ex æquo pitus: ad hæc in nullo doctrinæ genere non ita  
uersat⁹: ut cū primis certare possit. Vnde merito uirū hūc  
ceū Phœnicæ: & unicum suū dec⁹ tota suspicit ac uenerat ger-  
mania. Neq; parū attulit motū Conon Nurenbergēsis:  
theologus ex instituto horū: quos uulgo prædicatores uo-  
cant: uir ut græcæ litterature callentissim⁹: ita in adiuidis  
bonis litteris infatigabili quadā diligentia. Cūq; his Beatus  
Rhenanus Selestaatensis: iuuenis tū exquisite doctus: tū in  
iudicādo naris emūctissime. Porro plurimū attulerunt mo-  
tū: frēs Amorbachii: quorū & impediis & sudoribus cum  
Frobenio cōicatis: hoc negotiū potissimū pagit. Quæ qui-  
dē domus in hūc usum ab ipsis satis parata uidet: ut ei⁹ opa  
re uisceret Hieronymus. Pater uir oim optimus treis sili-  
os in hoc græcis: hebrais: ac latinis lris curarat instituen-  
dos. Ipse decedens: liberis suis studiū hoc uelut hereditari-  
um cōmendauit: quicquid erat facultatū: huic negotio de-  
dicans. Atq; optimi iuuenes pulcherrimā puincia: ab opti-  
mo parente madatā: gnauiter obcunt: sic mecū partiti Hie-  
ronymū: ut quod ab eplaribus libris superest: id ad illorū pti-  
neat curā. At quorū sum hæc inquiet sanctitas tua. Nimirum  
huc ibam beatissime pater: nihil ē Hieronymiano noie ce-  
lebrius: nihil ipso cōprobatus: & tñ uideo quantū huic lu-  
cis: quantū ponderis & autoritatis sit accessurū. Leonis glia  
nihil luculent⁹: & tñ haud mediocris (nisi fallor) huic adiu-  
get accessio: si rararum: tā ingens: tā inclytū opus: feliciss-  
imo tuino is auspicio: ueluti denuo renatū: in lucē & i hoim  
manus exeat. Et pulchre uidet cōuenire ut oēs benæ litte-  
ræ: quæ pacis alumnæ sunt: p eum pontificē reflorescant: p  
quē ocitū & pax studiorū alitrix: orbī terrarū parta ē. Et pul-  
chre q̄drauerit: ut prim⁹ christiani religiois doctor: eiusdē  
religiois aristitri sūnio dedicef: & optim⁹ oim theolog⁹: oim  
optimi pōtificz tūlo cōmedef. Equidē haud sū nesci⁹: religi-  
ose quoq; tēradū ut bitudi tue q̄c̄j dedicef: dignū nūmie sit  
opter: qd̄ numini cōsecrēf. At tñ si sensero hac i retue quo-  
q; maiestatis fauorē: nō solum hæc lucubratiōes: uel ueris

conuersam studiorū meorū prouentū cupiā Leonē cōsecra-  
re. Ipse extantis sudoribus nō aliū expecto fructū: q̄ ut no-  
stra qualicūq; idustria: christiana pietas ex Hieronymi mo-  
numentis adiuuef. Is abūde rependet premiū: in cuius gra-  
tiā hoc laboris defudo. A pluribus legef: si fuerit a plurib⁹  
intellectus Hieronymus. Sed & libentius legef ab oībus: si  
tantū pontificis calculo fuerit comprobatus. Sanctitatē tuā  
nobis & uniuersæ reip. christiana: q̄ diutissime seruet inco-  
lumē: sempq; felicibus incrementis in maius prouehat: idē  
quite donauit orbi christus: optimus: maximus. Datum  
Londini tertio Calendas Maias. An. M. D. XV

REVERENDISSIMO DOMINO CARDINALI  
Grymano Erasmus Roterodamus S. D.

**Q**uo minus a primo illo & eodem postremo cōgres-  
sū repetiuerim dñationē tuā reuetendissimā: quē  
admodū & illa iusserat: & ego me facturū recepam:  
non mea negligētia: sed tua magis inusitata quedā: & singu-  
laris comitas humanitasq; fuit in causa: ac prorsus nouo fa-  
ctum ē mō: ut quæ res uel maxime debuerat ad reditū inui-  
tare: ea sola deterruerit ne redirē. Quid tandē istuc noue rei  
fuit in quies. Dicā eadem simplr: & qd̄ hoīem decet Germa-  
nū: ingenue. Id t̄p̄is oīno decretū erat adire Britannia. Huc  
me ueterū necessitudinū affectus. huc potentū amicorū am-  
plissima promissa, huc regis oīm florētissimi ppensissimus  
in nos animus uocabat. Hanc insulā mihi patriæ uice: ado-  
ptarā: hāc senectuti meæ: sedē delegerā. Inuitabar imo flagi-  
tabar: crebris litteris: mō non mōtes auri pollicentib⁹. Qui-  
bus ex rebus hō strenuus aliq; pecuniarū contēptor: tan-  
tū auri uim anio concepam: quato uix decē Pactolos eluen-  
do suffecturos crediderim. Proinde uerebar: ne si redissem  
ad tuā celsitudinē: uerterē animi decretū. Etem q; primo sta-  
tim colloquio. sic labefactaras. sic islamaras animū meum:  
quid factururus eras: si diutius ac propius fuissē cōgressus?  
Quod em̄ uel adamantinū petrus nō flectat: tā amabilis ista  
morū tuorū comitas, tā mellita faciūdia, tā exquisita doctri-

na: tā fida iuxta & amica cōsilia? Deniq; tāl primatis tā expo-  
situs ad bñ merendū animus? Sentiebā tā rū sensim labascentē  
tē animi suam: & cœperat quidē instituti suppenitere: & rñ  
pudebat urū parū constantē uideri. Sentiebā urbis amorē  
quē uix excusseram: denuo tacitis auctibus gliscere. p̄inde  
nū me repente Roma diuulsissem: nunq̄ deinde fuerā Romā  
relicturus. Abripui me ne rursus afflaret: & in Angliā auo-  
laui: magis quā p̄fectus sum: Quid nūc igit̄ inquires: nūc pœ-  
nitet consiliū: nūc penitet nō obsecutū fuisse amanter admo-  
nent? Mentiri sane nō est meū. Varie res hæc afficere solet  
animū meū: neq; em̄ nō possum tangi roma: desyderio: quo-  
ties tantus tantarū sil' cōmoditatū aceruus in mentē uenit.  
Primū urbis oīm multo celeberrimæ lumē ac theatrū: dul-  
cissimā libertas: tot locupletissimæ bibliothecæ: suauissima  
tot eruditissimorū hoīm consuetudo: tot litterate cōfabula-  
tiones: tot antiquitatis monumēta: deniq; tot uno illoco to-  
tius orbis lumina. Speciatim aut̄ quoties succurrit cū aliorū  
cardinaliū: rū uero precipue: reuerēdissimi Nanetensis: mi-  
rū quoddā erga nos studiū: Bononiēsis p̄pensissim⁹ favor.  
diuī uero Georgiū nō iam fauor mō. uerū etiam benignitas  
haud quāq; uulgaris: sup oīa foelicissimū illud cum R. D. T.  
colloquiū. Hec uidelicet faciūt ut nulla prorsus fortuna tā  
benigna possit obtingere: q̄ rome semel degustatæ desyde-  
riū eximat anīo meo. iam apud Britānos tāetsi fortuna con-  
tigit nō usq; quaq; pœnitenda: certe meis aliquanto maior  
meritis. tñ ut uerum fatear nō oīno rñdet: nec uoī n̄ris: nec  
amicorū pollicitis. Quæ res nō tā accidit illorū pfidia: q̄ tēs  
porū iniquitate. Nā regē ip̄m alioqui multo regū oīm be-  
nignissimū: ad hoc optime de Erasmo. rū sentientē. rū loqn-  
tem: id qd̄ partim ip̄sius ad me litteris. p̄rim multorū predi-  
catione comptissimū habebā: subito ingruēs bellorū p̄celsa:  
la: prope totū nobis eripuit. Tanto anīo. tanto studio. pius  
ac generosus adolescēs bellū apparabat. quod ad ecclīæ ro-  
mane dignitatē tuēdā p̄tinere iudicabat. Et Gulielmus Mō-  
tjoius: uetustissimus: post R. P. ac D. Henricū Pergū ep̄m  
Cameracensem: studiorū meorū Mœcenas. sic obrutus est  
belli oneribus: ut magis amaret q̄ succurreret: uir antiq̄ sa-

B iij

ne nobilitatis: & incredibili beneficentia: erga bonarum litterarum cultores: uerum ut iter huius regni Barones: anio magis q̄ re beatus. Vt ne quid iterim meā ipsius lentitudinē iuculem: hō usq̄ adeo nō ab iratosus: ut plane Timothei fortuna sit opus q̄ dormiētis i pleat rete. Attñ quo minus penitere queat ad ita Britānia: Gulielmus archieps Cātuarieñ totius Angliæ: nō titulo tm̄: sed oī decorum gñe primas: potissimum fuit i cā: uir modis oibus icōpabil ac prorsus unicū eius regni & ornamētum & p̄sidium. sapia. iudicio. doctrina. autoritate. maximus: sed hoc tñ seipso maior qd̄ ob singulare q̄ndā modestiā: solus ipse magnitudinē suā n̄ agnosceit. Mira uite sobrietas: summa dexteritas igeni: animus i p̄piger: & ab oculo prorsus abhorres. Magnus rerum usus ut q̄ in grauissimis legatiōibus: maxisq̄ regum & regni negotiis iā olim sit uersat⁹. Vñ fit ut tot rebus admistradis quot aliorum cōplures uix sufficiat: unus non mō par sit: uerum etiā sup̄sit qd̄ euoluēdis bōis autoribus: qd̄ priuatis amicorum affectibus impiat. Nā p̄ter epi functionē totius regni cācellarium. hoc est summum iudicē agit. Is me sic amore cōplectif. sic ornat autoritate. sic benignitate fouet. in summa sic ubiq̄ mirum quēdā p̄stat Mœcenatē ut si pater eēt: n̄ possit idulgētius: si frater: n̄ possit amātius. Vñ factum ē ut qd̄ romæ i tot egregiis cardinalibus. i tot ornatissimis epiis. i tot eruditissimis uiris reliquerā: id totum i uno hoīe mihi uiderer recupasse. Nunc uero posteaq̄ opa Leonis pōtificis: uere maximi: pax ē orbi restituta: m̄lco qd̄ cōmodior ē Britānica fortuna: & tamē acrius etiā romē desyderio titillat animus. dum & passim famæ p̄conio celebrat: & uerissimillimuz est sub tali p̄ciēpe ueluti signo dato. quicquid usq̄ gētium ē eruditōis. eximilæ. quicquid egregie uirtutis. hoc tpe romā uelut i suum theatrum cōcurrere. An biēnium igit ad ornarā iter: comes futurus R. patri D. Ioāni epi Rosensi: uiro oim epalium uirtutum gñe cumlatissimo & ut cōpēdio laudes illius explicē: Cātuarieñis cui subsidiarius est: simillimō uerum is ex itinere subito reuocatus ē. Rursum āno sup̄iore meis auspicijs Basileam usq̄ p̄cesseram. At hīc quoq̄ res que p̄iā ē remorata: nescio quid alii sensuri sint. at meo iudicē

cio maxima. nam maximum fuerit optet quod ab urbe potuerit  
auocare. lampridē hoc moliebar haud sane mediocribus uir-  
giliis: ut idius Hieronymus nobis totus quasi renasceret:  
quē sic latini summum habemus theologum ut ppe solum  
dicere liceat. sed eundē adeo deprauatum. adeo confusum.  
adeo cōtamiatum: ut cum nō sit alius a que lectu dignus. tñ  
unus maxie sit qui legi nō possit: nedum itelligi. Huius igit  
lucubratiōes oēs pferim eplares. ī quibus plimum erat ne-  
gotiū. primum ī ordinē digessimus. deinde mendas quibus  
obitus erat magis q̄ oblitus. ueterum auxilio codicum: no-  
stroq̄ ingenio sustulimus. Addidimus cum argumētis cōmo-  
da ī loco scholia que possit uel a medio critere eruditis in of-  
fensius legi: qui añ hac dicā audacter. sed uere: nec ab erudi-  
tissimis itelligebat. Nā quē admodum olim Romulus dict<sup>9</sup>  
est: non minns magnificus ostētator egregiorum facinorū  
q̄ gestor. ita uidere ē in diuo Hiero. nouā quandā & uariam  
eruditiōnē: cum sc̄tā quadā ostētatiōe cōiunctā. gr̄ca & he-  
braica: quæ uel deerāt prorsus. uel sic erant ascripta ut p̄sti-  
terit nihil ascriptum fuisse. summa cura restituumus. Sup-  
posita & adulterina (quæ quidē bōa ps ē) in suū relegauit  
mus uolumē: ut nec desyderaret aliquid auidus magis q̄ eru-  
ditus lector. nec rursus indoctissima blateramenta tam in-  
comparabilis uiri titulo diutius circumferrent. Equidem  
p̄spiciebam Italiam & bibliothecam auxiliis & regionis au-  
toritate ad operis aditionem magno u sui futuram. sed cō-  
modum offendi Basileæ quosdam ad id operis accinctos. ī-  
mo iam aggressos. præcipue Ioannem Frobenium: cuius &  
arte & impendio magna ex parte res agitur. Nec non treis  
doctissimos iuuenes fratres Amorbachios. Hebraicarum  
que q̄ litterarum pulchre doctos. atq̄ his litteris non pau-  
cis in locis utitur Hieronymus. Ac mihi quidem hac in par-  
te. iuxta Græcorum prouerbium. Theseo quopiam fuit  
opus. ut qui litteras eas uix primoribus (ut aiunt) labris  
degustassem. His igitur in laboris partem ascitis: Hæ-  
culano (quod aiunt) animo negocium aggressus sum.  
Feret ingens officina. excuditur elegantissimis formulis  
diuus Hieronymus. immo renascitur. tantis impendiis &

De opibz huius  
p̄. Erasmi rustau-  
rondis

peculiarū & sudorū: ut minoris cōstitit Hieronymo sua  
conscriptisse: q̄ nobis restituisse. Mihi certe tantū hic labor  
exhaustū est: ut parū abfuerit: qn̄ ipse imorerer: dū studeo:  
ut ille renascat. Sūma (ni fallor) operis: ad decē uolumina  
succrescet. Sed quorsum hoc mihi inges. Primū sciebam te  
p̄ p̄petuo quodā tuo erga bonas l̄ras studio: pariter & Hiero-  
nymo gratulaturū: & n̄ is fautorū conatibus: imo fautorū  
pietati christiane: cui plurimū adiuuētī ex Hieronymia  
n̄ l̄ris accessurū spero. Atq̄ hęc res: circa plurimarū & lo-  
cupletissimarū bibliothecarum auxilia confici: ut dignū est:  
non p̄ōt. Proinde si qd̄ habet uel tua bibliotheca: quā domi  
habes ditissima: & omniūq̄ oīm linguarū libris refertam:  
uel summi pontificis: aut aliorū: pietatis tue fuerit: in publi-  
cam orbis utilitatem impartire. Deinde mihi uisum ē uehe-  
menter congruere: ut summus theologus summi p̄ōtificis  
felicibus auspiciis exiret in manus hoīm: ita restitueret: ut ante  
hęc nec editus: uideri possit: utq̄ scriptor oīm eruditissī-  
mus: eius noīe cōmendaret orbī: cuius familia tot l̄rarum  
proceres nobis prodissent. Sicem̄ pariter fore: ut ex tā exi-  
mī pontificis autoritate: multū Hieronymo splendoris: ac  
dignitatis adiungat: & uicissim ex eminentissimi doctoris ce-  
lebritate: non mediocris accessio fiat Leonis gl̄ia. Nec em̄  
uideo: quo nā alio monumento magis possint illius decora  
imortalitati consecrari. Huic igit̄ renatū Hieronymū cōse-  
crabimus: p̄sertim si nostrō iudicio tuū accedet calculus. Nā  
alioq̄ propemodū erat decretū: dicare Cantuariensis: cui de-  
bemus oīa. Quanquam is quoq̄ lubens ac uolēs: hoc q̄cqd̄  
est gl̄ia: romano pontifici celsurus ē: sat scio. Eo est iūstā  
sedē anio. Et nos huius mēoriā ita cū Leonis laudibus copu-  
labimus: optimi cū optimo: primatis cū primo: ut hac uia re-  
ctius: etiā consultū fuerit: & Hieronymo: & Mæcenatis me-  
nomini. Edimus p̄ter alia permulta: Chilliadū opus a nobis  
emendatū: & ita locupletatū: ut quarta uoluminis pars accre-  
uerit. Proximā æstate emissuri: uarias nec infrugiferas: ut opi-  
nor: annotatiōes nostras in nouū testamētū: una cū apli-  
cis epl̄is: sica nobis uersis: ut intelligi possint. In quo labo-  
re ita puto me uersatū: ut non sine causa post Laurētū Val-

X uolumina operis  
Hieronymi

Chiliades Erasmi

Nouū testamētū  
uarias nec infrugiferas  
notas

Iam: post Iacobū fabrū: uirū iuxta doctum ac diligentem: ul-  
dear hoc negotiū suscepisse. Est i manibus libellus de istruē  
do principe: quē illustrissimo Carolo archiduci Burgūdie: *Libri de istruendo*  
Maximiliani nepoti destinauimus. His defuncti rebus com- *penripis*  
mētarios: olim in Paulū inceptos: i manus reuocabim⁹. De *Comitania i paulū.*  
cretū em̄ est quicquid sup futurū est aui: id totū at canis dedi-  
cari lsis. Nec ullus labor ab instituto deterrebūt: si tuo tuig:  
similiū fauore fulciemur. Scis em̄ iam uetustissimū illud eē.  
ut inuidia quauis, excētra nocentior: egregiis conatib⁹ sem *Exetra i hodia.*

hi restituaſt & Iſis. Hieme proxima Romanos uidebit ſi mō  
fauerit Chriſtus optim⁹ maximus: & regia maietas: una cū  
archiepo Cantuariēſi: denuo facultatē permittent abeūdi:  
quā ſi nō ipſe certe diuus Hiero. ab illis impetrabit. Reuerē  
diſſimā D. T. in plurimos annos icolumē ac florentē nobis  
imo Iſis & orbi ſeruet optimus ille Samarites Chriſtus: cui  
me totū addico dedicoꝝ. Londini, Pridie Kalen. Apriles,  
An. M. D. XV.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI  
ac domino D. Raphaeli: Cardinali Sancti Ge-  
orgii: Erasmus Roterodamus. S. D.

**Q**Uod annis iam aliquot meæ ſiluerūt litteræ: nō tu-  
orū in me meritorū obliuio fuit in cā: Reuerēdiſſi-  
me pater quæ ſane nec deſiit: nec deſinā unq̄: uel p̄-  
dicare: uel memiſſe. ſed prim⁹ pudor q̄dā obſtitit: q̄d impro-  
bū exiſtimarē: tot grauiffimis negotiis diſtrictū: noſtris in-  
ſup interpellare nūgis: etem aliquoties officioſum ē: nō ſa-  
lutare. Partim tēporū ipſorū inigtas: quæ nobis pluſq̄ fer-  
rea iciderūt. Nam ſi leges ſilent inter arma: quanto magis  
tum ſilēt muſæ uirgines: cū tātis rerū procellis: pſonar: prur-  
bant: miſcent uniuerſa: Verū poſteaꝝ Leonis pōtific⁹: mo-  
dis oībus maximis: lætiſſimis auſpiciis: pax tandē ē orbi red-  
dita: cōpoſiti principū motus: ſublātū illud oīm pnicioſiſ-  
ſimū mundi diſſidiū: iā nō ſolū meæ litteræ Romā ire geſti-  
unt: uerū ipſe quoꝝ mira quadā ardeo cupiditate: reuiſen-  
di ueteres illos meos Mœcenates. Eſt q̄dem apud Britānos  
fortuna mediocriſ: ut minor & meis uotis: & amicorū p̄miſ-  
ſis: ita meritis noſtris maior. Sigdem rex ipſe Henric⁹ octa-  
uus cuius natura (mihi crede) nihil cogitari pōt: uel meli⁹.  
uel felicius: ita de nobis & loquit & ſentit: ut nemo uel amā-  
tius: uel honorificentius. Fauet ep̄i cū cæteri ferme oēs: tū  
præcipue Dunelmēſis q̄ regi eſt a ſecretis. Itē Roſſenſis uir  
pietate doctrinaꝝ ſingulari. Ad hec archieps Eboracenſis:  
cuius nūc ē incredibilis apud regiā celſitudinē. tū gratia. tū  
autoritas. Nā regiis curſ ſic adeſt ut maxia ps publicorū ne-  
gociorū i huius iclinet humeros, Porro R. archieps Cau-

tuar scñ. totius Angliæ primas: in quo uisó summú ē: q̄cqd  
est optimú in rebus mortaliú. sic p̄petua quadá benignita-  
te: uel ut uerius dicā pietate nos fouet. tues. ornat. ut si fra-  
ter eēt aut pater: nō posset amātius. Et tñ nō possum nō dis-  
cruciari Romanæ urbis desyderio: quoties anio recursat:  
quā libertatē: quod theatrū: quā lucē: quas deambulatiōes:  
quas bibliothecas: q̄ mellitas eruditissimorū hoīm cōfabu-  
latiōes: quot meī studiosos orbis p̄ceres: relicta Roma rel-  
querim. Atq; adeo nōnunq̄ ipse mihi quouis infortunio di-  
gnus uideor: q̄ te tantū actalē Mœcenatē: sic de me meritū.  
sic ad ornandū: euehendū me modis oībus propensum: &  
expositū: cū quauis fortuna cōmutādū duxerim. Sed quid  
facerem! Mōteis aureos: imo plusq̄ aureos tuis litteris pol-  
licebant amici. Certa promittebat Gulielmus Montioius:  
& q̄dem ingētia eaq; rursū cū summo ocio: uita q̄ liberta-  
te cōiuncta: quā ego sic amplector: ut si quis hāc adimat uitā  
eē nō putem. Defuncto regi successerat plane diuinā cuius-  
dam indolis iuuenis: nec ineleganter bonis litteris iniat⁹:  
nostri uero adeo iā multo añ studiosus: ut paulo ante patr⁹  
obitū: cū ī Italia uiuere litteras ad me dederit & suo pte Mar-  
te cōditas: & propriis descriptas articul. sed eiusmodi: ut tū  
ex his singulare quoddā & regno dignū ingenitū possis ag-  
noscere. Ex hisce uidelicet rebus totos Midas: plusq̄ Pacto-  
los ac Tagos aio cōceperā. Sæculū quoddā uere aureū & ī-  
sulas fortunatas somniabā *had p̄m. p̄m. p̄m.* ut inq̄ Aristopha-  
nes. Quāq; (ut uere dicā) non tā mihi defuit fortuna q̄ ipse  
fortuna defuit: hō sic abhorrēs a cōib⁹ negotiis: sic alien⁹ ab  
ambitione: imo adeo socors: ut plane Timothei fortuna sit  
op⁹ quā dormiētis reib⁹ fœlicitatē implicet. Itaq; nihil est  
q̄ incusē amicos: q̄bus una mecū blādissima spes iposus-  
it. Siquidē cū reliquos amicos: tñ regē ipm aurei sæculi pa-  
rentē: mox secuta bellorū procella: musis oībus præripuit.  
Adeo Iuliana illa tuba mundū uniuersum ad Martis studiū  
excuerat. Cæterū rebus iā uestra sapia tranquillitatis: ue-  
lut de itegro totus ad litterarū accingor munia. Quāq; nec  
in mediis illis bellorū tumultibus unq̄ est a nobis cessatum  
Emisimus em̄ cum alia permulta: tum ad agiorum opus: dil-  
C ii

Romanos uel dicitur  
regia maledicta: uel  
permittere debet  
his impetrabit. R. uer  
tunc ex flore nobi  
amantes Christus uel  
uolū. Apelles,  
CHRISTO PATRI  
mali Sancti Ge-  
nus. S. D.  
uerū litterarū  
in ca. R. uerū  
felicū unq; uel  
fuit: qd̄ impro-  
fuit: nō fuit in-  
uolū ē: nō fuit  
obis plus fere  
quanto magis  
explorāt: p̄t  
ais p̄dit: mos  
candē coribred  
ad cōm p̄uicōsū-  
ta Roma re gēti  
apudate: reuēti-  
m apud britānos  
ad amicos p̄m  
ipse Henri⁹ octa-  
ri p̄uicē meli⁹  
nemo uel amā-  
ferte oēs: tū  
Roffensis uir  
Eboracensis:  
ē. tū gratia. tū  
s publicorū ne  
archiep̄s. Cau

Adagia  
Hieronymi opa

genera nobis recognitū & ita locupletatū ut quarta uolus  
minis ps accreuerit. Excudit iadudum diuus Hiero. totus:  
imo renascit: antehac adeo deprauatus ac mutilus: ut nunc  
nō tam restitutus q̄ primū editus uideri possit. Hūc nō est  
mādis sudoribus: multis collatis exemplaribus: isq̄ pueru  
stis emendauimus: adiectis in loco scholiis quo possit in of  
fensius legi. Scis em̄ apud hunc passim infulciri: quæ lecto  
rē obscuritate remorent. Græca atq̄ Hebraica: uel reposui  
mus: uel correximus. Nothos ac supposititios libros quo  
rū alios casus: alios impostor aliquis admiscuerat: non am  
putauimus qdem: sed in suū reiecimus tomū: neue qd desy  
derare possit lector auidios q̄ elegantior: neue infulsissimi  
blateronis nugæ: tā excellentis uiri titulo diutius sese uēdi  
tarent. Excudit ingens opus ad decē opinor uolumina re  
diturū: & excudit tantis impēdiis: tanta cura: ut ausim deie  
rare: his annis uiginti: nullū opus ex ullius exisse officina:  
pari sumptu: pariū studio elaboratū. Nec arbitror ip̄i Hie  
ronymo tantidē constitisse suas lucubratiōes cōditas: quā  
tū nobis constabūt restitute. Ipse certe in hoc negotiū tanto  
incubui studio: ut parū abfuerit qn̄ memet labore confecer  
im: dū opam do ut reuiuifcat Hieronym⁹. uerū ita fert ani  
mus: tā pio tāq̄ frugifero labori uel imori libet. Nam mihi  
res q̄ cordi sit uide. Anno superiore totos octo mēses Basilea  
sum⁹ hac gr̄a cōmoratū: nō sine sūmo rei pecuniariæ dispē  
dio: ut laborē & iter oīm piculosissimū negligā. Ac proxio  
rursum autūno: certū est Italiam repetere: quo uidelicet di  
tissimas istas lustrem bibliothecas. Nullius unq̄ laboris me  
piguerit. mō sensero tuū tuiq̄ similiū. fauorē. nostris aspi  
rare conatibus. Ad hęc nō dum statui: sed ex tuo cōstituam  
cōsilio: cui sit hoc opis inscribendū: Archiepo Cantuariēsi  
nihil nō debeo. Dignissimus em̄ est quē unum oīs mea cele  
bret pagina. Alioq̄ probe uidebā cōuenturū: ut theologo  
rum oīm princeps: Pōtificum oīm principi consecret: imo  
ut oēs bonæ litteræ eius auspiciis resflorescant: p̄ quē pax ē  
rebus hūanis reddita: litterarū ac studiorū alitrix. Video uī  
cissim & Hieronymo nō parū accessurum cōmendatiōis: ex  
Leonis nomine: & huius nomini plurimum decoris addi

turum Hieronymianarum lucubrationum dedicationem.  
Verum h' scē de rebus corā & pluribus & diligētius. Inter  
rim oro ut si quid iciderit: eū patronū prestes Erasmo: quē  
Romæ sum semp exptus. Si qua res exoriet in qua R. T. D.  
infimū clientulū obsego non grauet uti: præsertim apud ar  
chiep̄m Cantuarieñ. efficiam ut intelligas: oīa mihi defuisse  
potius q̄ fidē ac diligentiā. Sed illud pene exciderat: Maio  
rem in modū te & obsecro & obtestor: p̄ bonas l̄ras quibus  
tua celsitudo semp unice fauere solet: ut eximius uir domi  
nus Ioānes Reuchlinus in suo negotio æquos uos sentiat &  
beneuolos. Eadem opera bñ merebim̄ de l̄ris ac litteratis  
oībus: quorū ut q̄sq̄ doctissimus ē: ita illi impensissime stu  
det. Huic oīs debet Germania: in quā primus Græcarum &  
Hebraicarū litterarū studiū excitauit. Vir ē em̄ cōplurium  
linguarū egregie peritus: uariis expolitus disciplis: iam li  
bris æditis clarus: & orbī Christiano notus: Cæsari Maxi  
miliano cū primis gratus: ut cui sit a cōsiliis: grauis & hono  
ratus apud suos inter quos Duū uiri munere fungit: famæ  
semp hactenus incōtaminatē. Ad hæc senectute iam & canī  
cie reuerēdus. Iam & ille promerebat ut hac erate honestissi  
morū studiorū dulcissimā mereret messē: & nos expecta  
bamus ut quod annis cōpluribus cōdidit: nūc in cōem oīm  
depromeret utilitatē. Bonis igit̄ oībus indignissimū uidet̄:  
non solū apud Germanos: uerū & apud Anglos & Gallos:  
quibus ex l̄ris notus ē tam eximiuū uirū tot ornamentis pul  
cherrimis cumulatū: tā odiosis diuexari litibus: idq̄ ex eare  
quæ meo sane iudicio uel ipsam afini umbrā superet: in quā  
locus extat prouerbialis. Principū arma: uestra sapia: cohi  
bita sunt: eadē & litterarū cultorib⁹ suā restituat pacē. Pro  
cul eiciat quicquid rancorē. q̄quid simultatē sapit. Posteaq̄  
principes uobis autoribus ī cōcordiam redierūt: absurdū  
est eruditos uir os libris ac iurgis inter se cōfictari: & cū il  
li tela habeāt innoxia: hos se mutuo stilis: ueneno tinctis: cō  
figere. Quanto præstiterat hūc hoīem quod ope. quod sū  
ptus. qd̄ t̄pis his litū triciis impedit: honestissimis l̄ris imp  
tisse. Multis hic gratiosior ē Iulii secundi mēoria: qd̄ Iaco  
bum Vuimphelingū uirū preter eruditōis & sanctimonix

De Jo. Reuchlin

cōmendationē. iam senlo quoq̄ uenerabilē: suatp̄sius uoce  
ab hmōi litibus absoluit: & calūniatoribus silentiū indixit.  
Crede mihi inumeros mortales sibi deuincturus ē. quisq̄  
Ioanē Reuchlinū musis ac litteris restituerit. Bene ualeat  
R. T. D. cui me quantus quāt̄ sum dico cōsecroq̄ Londini  
pridie Calendas Apriles. An. M. D. XV.

ERASMVS ROTERODAMVS MARTINO

Dorpio theologo eximio. S. D.

*Bronis Epilogus  
Epl̄e Dorpii  
q̄d̄ primib̄*

**N**on fuit reddita nobis epl̄a tua: sed tñ exēplar. haud  
scio quo mō exceptū: amic⁹ quidā exhibuit Antuuer  
pia. Deploras Moriā parū fœliciter aditā: studiū ī  
restituēdo Hieronymo n̄m magnope cōprobas: ab editio  
ne noui testamēti deterres, Quibus litteris tuis mi Dorpi:  
tantū abest: ut quicq̄ fuerim offensus ut posthac mihi cœpe  
ris cē multo charior. cū semp fueris charissimus. Adeo syn  
cere cōsulis: mones amice: obiurgas amanter. Habet n̄m  
rum hoc Christiana charitas: ut etiā cum s̄uit maxie: tamē  
genuinæ suæ dulcedis gustum obtineat. Multæ mihi quoti  
die reddunt ab eruditis uiris litteræ quæ me decus Germa  
niæ. quæ solē. quæ lunā faciunt: & splēdidissimis titulis one  
rāt uerius q̄ ornāt. harum: emoriar: si ulla unq̄ me p̄inde de  
lectauit. ut illa Dorpii mei iurgatrix epl̄a. Vere dictum ē a  
Paulo: charitatē nō peccare. siue quid adulat: studet p̄desse  
siue stomachat nō aliud agit. Atq̄ utinā liceret p̄ ocium ad  
tuas litteras rescribere. quo tāto amico satisfaciā uehemen  
ter em̄ cupio: quicquid ago te approbāte fieri: cui⁹ ingenio  
pene cœlesti. cui⁹ eruditio ī singulari. cui⁹ iudicio lōge acer  
rimo tm̄ tribuo: ut malim unius Dorpii. quā mille ceterorū  
calculis approbari. Verū adhuc a nauigatōe nauseabund⁹  
& mox equitatiōe fessus: ad hæc ī cōponēdis sarcinulis oc  
cupatus: satius cē duxi. quōcūq̄ r̄ndere: q̄ amicū ī ista relin  
q̄re opione. siue hāc ex teipso cōcepis. siue istillauerint alii.  
quite ad eā epl̄am scribēdā subornarūt: quo sub aliena p̄so  
na suā agerēt fabulā. Primū igit̄ (ut īgenue dicā) editæ Mo  
riæ pp̄modū me penitet. Is libellus nō nihil mihi pepit glo  
riæ. uel si maus famæ. At ego nihil moror gl̄iam cū iuidia

*De Moriā edita*

cōiunctā. Quāq̄ o superi qd̄ ē hoc totū qd̄ uulgo gl'iam uocāt. nisi nomē ianissimū ex gētilitate relictū? Qd̄ genus nō pauca refederūt apd̄ christianos: dū immortalitatē appellāt. famā posteris relictā. & uirtutē qualiūcūq; litterarum studium. In oibus edendis libris hic unicus sp̄ mihi fuit scopus. ut mea industria aliqua adferre utilitatē. Id si minus assequi possē certe nullā adferre noxā. Proinde cum magnos etiā uiros uideamus litteris suis abufos: ad affectus suos digerēdos. Dū alius cātat iēptos amores suos: alius adulat̄ is quos captat: alius iūria laceſſitus stilo referit: alius ipse sui tibi cenē: & iēfferēdis p̄priis laudibus quēuis Thraſonē. quēuis Pyrgopolinice lupat. At ego quīs ingenio tenui: & perq̄ exigua doctrina p̄ditus. tñ huc sp̄ spectauī: ut si possem p̄desse. lin minus: ne quē lederē. Homerus suum i Therſiten odium molestā carmīs hypotypoſi: ultus ē. Plato q̄ multos noiatim p̄strinxit suis dialogis? Cui pepcit Aristoteles: qui nec Platōi pepcit: nec Socrati? Habuit suum Demosthenes Aeschynē i quē stilo debacchareſ. Habuit suum Cicero Pisonē. habuit Vatinium. habuit Salustium. habuit Antonium. Quāntos noiatim & ridet & carpit Seneca? Qd̄ si recētioreſ expēdas. & Petrarchā i medicum q̄ndā. & Laurētio i Pogium. & Politiano i Scalā: stilius teli uice fuit. Quē ex oibus mihi dabis tā modestum qui nō amarulētius i aliquē scripserit? Ipse Hieronymus uir tā plus & grauis: aliquoties nō sibi tēperat: q̄n i Vigilātium icādeſcat acrius: i Iouinianū iſulter imoderatus. i Rufinum amarulētius iuehat. Semp̄ hic erudit̄ mos fuit: quicquid dolet. aut delectat. chartis ceu fidis sodalibus cōmittere: i harum sinum oēs pectoris astus effundere. Imo dephēdas quosdā: nō alio cōsilio libros scribendos suscipere: q̄ ut i his obiter ani sui motus iſulciāt: atq; hac rōne transmittant in posteros. At ego in tot iam adit̄ uoluminibus: cum tam multos candidissime laudari m: quāso: cuius unquā de uigraui famam? cui uel leuiſimā asperſi labem? Quam gēntem. quē ordinē. quem hominē noiatim taxauī? Quid si scias mi Dorpi: quoties ad id faciendū fuerim: nullis tolerandis cōtumeliis: prouocatus? Semp̄ tñ uici dolorē animi mei: magisq; rationem habui; quid posteritas eſſet iudicatu

*Quid ex ras mo  
in libris suis  
edendis quibz*

ra de nobis q̄ qd illorū mereret improbitas. Si res ipsa pin-  
de fuisset nota ceteris: ut erat mihi nemo me mordacē iudi-  
casset. sed æquū. sed molestū etiā ac moderatū. Sed ita mecū  
cogitabā qd aliis cū nris priuatis affectibus? Aut q̄ nostra  
hæc nota poterūt eē uel procul disitis uel posteris. Ego nō  
qd̄ illis: sed qd̄ me dignū est fecero. Præterea nullus ē tā ini-  
micus quē nō optem (si fieri possit) in amicū redire. Cur ei  
rei precludā uia? Cur id scribā in hostē qd̄ aliquñ frustra no-  
līm scriptū in amicū? cur notabo carbone cui suū candorē:  
etiā si mereat: nō possim restituere. Malo ī hanc peccate p-  
tem ut uel parū meritos predicem: q̄ ut meritos uituperē.  
Nam si quē falso laudaris: candori tribuit: sin quantūlibet  
etiā ignominia dignū suis pinxeris coloribus: nō illius fa-  
ctis: sed tuo morbo ascribis. Vt ne dicā interim qd̄ ut ex in-  
iuriis mutua taliōe recipocantibus: ingēs bellū aliquoties  
exorit. sic ex maledictis uicissim ultro citroq; regeſtis: picu-  
loſissimū incēdiū nō raro nascit. Et ut parū Christianū ē in  
iuriā iuria penfare. ita parū generosi pectoris est: dolorē  
suū scēminatū exēplo cōiutiis ulcisci. Hmōi rōnib⁹ ipse mi-  
hi psuasi: ut semp īnoxias & icruentas haberem lras: nec eas  
ullius malinoie cōtaminarē. Nec aliud oīno spēctauim⁹ in  
Moria q̄ ī ceteris lucubratiōibus: tāetsi uia diuersa. In Enchi-  
rido simplr Christiane uite formā tradidimus. In libello de  
principis istitutiōe: palam admonemus: qbus rebus princi-  
pem opteat eē instructū. In Panegyrico sub laudis p̄textu.  
hoc ipsum tñ agimus oblique: qd̄ illic egimus apta fronte.  
Nec aliud agit in Moria sub specie lusus: quā actū ē in En-  
chiridio. Admonere uoluimus: nō mordere: prodesse non  
ledere: cōsulere moribus hoīm: nō officere. Plato philoso-  
phus tā grauis: largiores in cōpotatiōibus inuitatiunculas  
approbat. qd̄ arbitret quādā uicia p̄ hilaritatem uini posse  
discuti: quæ seueritate corrigi nō possent. Et Flaccus existi-  
mat iocofam quoq; admonitiōē nō minus atq; seriam con-  
ducere. Ridētē (ingr) dicere uerū: Quid uetat? Neq; non  
pspectum ē hoc sapiētissimis olim uiris: q saluberrima uite  
p̄cepta: ridēdis ac puerilibus in spēm apologis proponere  
maluerunt: qd̄ p se subaſtera ueritas: uoluptatis illecebra

*Enchiridion  
De institutiōe principis  
panegyricum*

emendata: facillius penetrat in aios mortalium. Nimirum hoc  
 est illud mel quod apud Lucretium medici pueris medentes ab  
 synthii poculo praelineunt. Nec in alium ulum ueteres illi prin-  
 cipes: hoc Morionum genus in aulas suas induxerunt: quod ut ho-  
 rum libertate leuiores quedam uitia: citra ullius offensam: & ape-  
 rirerent & emendarent. Fortasse Christum in hoc albu uocare  
 non conueniat. Verum si licet caelestia cum humanis ullo modo confer-  
 re. nonne huius parabola: confine quiddam habet: cum ueterum apolo-  
 gis? Et iucundius illabit & acrius insidit in aios euangelica  
 ueritas: huiusmodi lenociniis commendata quam si nuda produceretur.  
 Id quod in ope de doctrina Christiana diuus Augustinus copiose per-  
 sequitur. Videbat quod esset mortalium uulgus: stultissimis opinionibus  
 corruptum. idque in singulis uitae institutis: & remedii uotum erat  
 uerius quam spes. Proinde uidebat mihi repperisse rationem: ut de-  
 licatis animis hac arte tanquam obreperem: & cum uoluptate quos  
 quae mederer. Et sepe uero contempseram festiuum hoc & iocum sum  
 a Iudaei genus: multis felicissime cedere. Quod si ridebis  
 personam quam induxi leuiorem esse: quod ut sub illius praetextu de re-  
 bus seriis disputet: hanc culpam fortassis agnoscam. Ineprae rep-  
 hensionem non admodum deprecor: amaruleti deprecor. Quamquam  
 & illud probe ueri possem si non alia ratione: certe tot grauissimi  
 mortuum hominum exemplo: quos in ipsius libelli praefatricula recen-  
 sui. Quid autem facerem? Diuersabar id tempus apud Mortuum meum:  
 ex Italia reuersus: ac renu dolor: complurimos dies domi con-  
 tinebat. Et mea bibliotheca nondum fuerat aduecta. Tum si ma-  
 xime fuisset non sinebat morbum quaequam in grauioribus studiis acri-  
 us agitare. Coepi pro otium Morias encomium ludere: nec in hoc  
 sane ut ederem: sed ut morbi molestiam hoc uelut auocamen-  
 to leuarem. Operis incoepti gustum amiculis aliquot exhibui:  
 quo locum diuor eertius cum pluribus cons. Quibus cum uehe-  
 menter placuisset: institerunt uti pergerem. Obsecutus sum & in  
 hoc negotium septem plus minus dies impedi. Quis sane sumptus  
 mihi pro argumendi potere nimis etiam uidebat. Deinde quo-  
 rum istinctu scripsit: eorundem opera: deportatus in Galliam  
 libellus formulis excusus est: sed ab exemplo non solum medosus:  
 uerum etiam mutilo. Porro quod displicuerit uel illud satis est argu-  
 menti: quod intra paucos menses plus septies fuerit typis st-  
 D

*In h. albu a. i. h. p. t. i. g.*

*Quid id uerit. en  
ad seruodag  
Morias.  
Nota*

*Morus doctor legu  
duro. i. Anglia*

Si res holo  
 moria uis  
 Sed in me  
 tang nolit  
 ris. h. p. n  
 illis e. i. m  
 re. Curet  
 frustra no  
 uendore:  
 p. cor. p.  
 uim. p.  
 p. uim. b.  
 o. illis. h.  
 q. ut. e. i.  
 h. p. u. o. r.  
 p. i. s. p. i. c.  
 u. i. e. i.  
 u. o. l. o. r.  
 e. m. i.  
 e. c. e. a. s.  
 i. m. p. i.  
 E. n. d. i.  
 e. l. l. o. d. e.  
 s. p. i. c. i.  
 i. p. i. e. r. u.  
 a. f. r. o. n. t. e.  
 e. i. n. E. u.  
 e. f. f. e. n. e. a.  
 u. l. l. o. s.  
 n. e. u. l. a. s.  
 i. p. o. l. l. e.  
 e. x. i. t. i.  
 m. c. o. n.  
 p. n. o. n.  
 n. a. u. i. t. e.  
 p. o. n. e. t. e.  
 h. e. s. e. d. a.

nels propagatus: idq; diuersis in locs. Demirabar ipse quid  
tibi cuiquā placeret. Hanc mi Dorpi (si septiā uocas) habes  
reū cōfitentē. aut certe nō reclamantē. Ad hūc modū & per  
oculū: & amiculis obsecūdans ineptiui. idq; semel dūtaxat in  
uita. Quis aut oībus horū sapit? At ipse fateri ceteras lucu-  
bratiōes meas eiusmodi esse: ut iuxta piis atq; eruditīs oīb;  
magnope probent. Qui sunt isti tam rigidi censores: uel po-  
tius Areopagita: qui hoī uel unā ineptiā culpā nolint cōdo-  
nare: quā tā insignis morositas ut unico ridiculo offensi libel-  
lo: tot uigiliarū suplorum gfa: repente scriptorem spoliēt?  
Quot ineptias aliorū proferre possem: hac multū p̄tib; in-  
eptiores: etiā in magnis theologs; dū rixosas & frigidissimas  
quæstiōes cōmenti: de nugacissimis nugis; p̄inde ac pro focis  
& aris iter se digladiant. Atq; isti tā ridiculas fabulas: & uel  
ipsis Atellanis ineptiores citra p̄sonā agūt. Ego certe uere  
cūdius: qui cū ineptior esse uellem. Stultitiā p̄sonam obte-  
xui: & quēadmodū apud Platonē Socrates obrecta facie:  
laudes amorū recitat: ita ipse fabulā hanc p̄sonatus egi. Scri-  
bis ab istis ipsis qbus argumentū displicet: & ingeniū: & eru-  
ditionē: & eloquentiā probari: uerū eosdē offendimīs li-  
bera mordacitate. At isti reprehēsores plus etiā tribuūt mi-  
hi q̄ uelim. Quāq; nihil moror hāc laudē: p̄sertim ab his p̄-  
fectā: quibus ego nec ingeniū esse puto: nec eruditionē: nec  
eloquentiā. Quibus si pollerent mi Dorpi: crede mihi: non  
tātōpe iocū offenderent: salutaribus magis q̄ ingeniosis aut  
erudicis. Obsecro te p̄ musas quos tandē oculos: quas aures  
q̄ palatū adferūt isti: quos offendit in eo libello mordaci-  
tas! Primū quæ pōt illic eē mordacitas: ubi nullius oīno no-  
men p̄stringit prāter q̄ meū? Cur nō uenit in mentē q̄ to-  
ties inculcat Hieronymus: ubi generalis ē de uitis disputa-  
tio: ibi nullus eē p̄sonæ iniuriā? Quod si q̄sq; offendit: non  
habet q̄ expostulet cū eo q̄ scripsit: ipse si uolet secū agat ī  
iuriarū: utpote sui p̄ditor qui declararit hoc ad se proprie  
p̄tinere: q̄ ita dictū est de oībus: ut de nemine sit dictū: ni-  
si si quis uolēs sibi uendicet. An nō uides me toto ope: sic ano-  
minib; hoīm temperasse: ut nec gentē ullā acrius taxare uo-  
luerim. Etem ubi cuiq; nationi peculiarē philautiā recēseō:

Inepti.

p̄ aris & aris  
Atellani

Nihil moror hāc lau-  
dē. nō aspicio eā

De mordacitate  
in Moris.

Hispanis ascribo militie laudē: Italis līas & eloquentiā: An-  
 glis lautas mēsas & formā: & cæteris item eiusmodi quædam  
 quæ quæ in se dicta: uel agnoscat nō illibenter: uel certe cū  
 risu audiat. Ad hæc cū iuxta argumētī suscepti rōnē: p̄ om̄ia  
 mortaliū genera uoluar: & in taxandis singulorū uitis uer-  
 ser: quæso qd usq̄ aut dictu fœdum occurrit: aut uirulentū?  
 Vbi flagitiorū sentinā aperio: ubi secretā illā uitæ humanæ  
 moueo Camarinæ: Quis nescit q̄ multa dici potuerint i ma-  
 los Pōtīfices. in improbos ep̄os & sacerdotes. i uitiosos prin-  
 cipes: breuiter i quēuis ordinē: si ad luuenalis exēplū: non  
 pudisset ea mādare līis: quæ multos nō pudet facere: Tan-  
 tū festiua quadā & ridicula maḡ q̄ fœda recēsumus: sed ita  
 recēsumus: ut obiter & maxis de rebus nō nunq̄ admonea-  
 mus: q̄ illos scire magnope referat. Scio tibi nō eē uacuum  
ad huiusmodi nugas descendere. Sed tñ si qñ dabit̄ ociū: fac attē-  
 tius excutias ridiculos illos Morīæ iocos: nimirū cōperies  
 nō paulo maḡ quadrare ad euāgelistarū & apl̄orū dogma-  
 ta: q̄ quorundā splēdidas: sicuti putāt: & magnis dignas ma-  
 gistris disputatiōes. Atq; ipse quoq; i tuis litteris nō diffite-  
 ris pleraq; uera eē: que illic referunt. Verū existimas nō ex-  
 pedisse: auriclas teneras mordaci radere uero. Si putas nul-  
 lo pacto libere loquēdū eē: nec unq̄ promendā eē ueritatē  
 nūi cū nō offendit: cur medici pharmacs medent̄ amaris: &  
ἰσχυρὰ τὴν γὰρ inter laudatissima ponūt remedia? Qd̄ si illi  
 faciūt corporū medentes uitiis: quāto maḡ par ē nos idem  
 facere: in sanādis aniorū morbis? Obsecra inq; Paulus: ar-  
 gue: ἰσχερα: oportune: importune. Apl̄s uult oībus modis  
 insectanda esse uitiā: & tu nullum uis huleus attingi? Prae-  
 sertim cum id ea moderatione fiat: ut ne possit quidem quis  
 quam lædi: nisi qui studio læserit seipsum. Quod si ulla est  
 ratio: citra ullius offensam: medendi uitiis hominum: hæc  
 una (ni fallor) est oīm maxime accommoda: cum neq; no-  
 men cuiusquam a dicitur. deinde cum temperatur ab his: a  
 quorum commemoratione quoq; bonorum abhorrent au-  
 res. Etenim quemadmodum in Tragediis quædam atro-  
 ciora sunt: quam ut oculis spectatorum conueniat exhibe-  
 ri: & narrasse sufficiat: ita in hominū moribus quædam ob-

Similitudo  
 a Madirib

Risus & hilaritas  
in p[ro]lo,

sceniora sunt: q̄ ut uerecunde possint narrari. Postremo cū  
illa ipsa quæ narrant: sub ridicula p[er]sona p[er] lusum & iocū ef-  
ferunt: ut oēm offensam sermōis hilaritas excludat. An nō  
uidemus quantū aliquoties apud se ueros etiā tyrānos: uale  
at iocus cōmodus & in tpe dictus. Quaso te quæ p[re]ces: quæ  
seria oratio: potuisset regis illi<sup>9</sup> animū tā facile placare: quā  
militis ioc<sup>9</sup>: imo (inqt) nisi lagena nos destituisset: lōge atro-  
ciora fueramus in te dicturi. Arrisit rex & ignouit. Nec sine  
cā tam diligenter de risu p[re]cipiunt: duo summī rhetores. M.  
Tullius & Quintilianus. Tantā uim habet lepos & iucūditas  
sermōis: ut etiā i nos apte torti dicerētis delectemur: id qd  
de C. Casare l[ib]ris est p[er]ditum. Proinde si fateri uera quæ scri-  
psi: si festiua magis quā obscœna. quæ rō cōmodior excogi-  
tari poterat: medicādi cōibus hoīm malis. Primū ipsa uolu-  
ptas illectat ad legendū: & illectū remorat. Nā in cæteris: ali-  
as res alii uenant. Voluptas ex æquo blādīf oībus: nisi siq̄s  
stupidiōr ē quā ut litterata uoluptat[is] sensu tāgi possit. Por-  
ro q̄ illic offendunt ubi nullius ædit nomē: hi mihi uident  
haud multū abesse a muliercularū affectibus: q̄ si qd in ma-  
las fœminas dictū fuerit: sic cōmouent quasi ea contumelia  
ad singulas p[er]tineat. Rursum si quid laudis tribuat p[er]bis mu-  
lieribus: sic sibi placēt quasi qd unius aut alterius ē. id p[er]tine-  
at ad oīm laudē. Absit hoc ineptiæ genus a uiris: at multo ma-  
gis ab erudit[is] uiris: maxie uero a theolog[is]. Si qd hic offēdo  
crimis: a quo sum imunis: nō ostendor: sed ipse mihi gratu-  
lor q̄ uacē his malis q̄bus multos obnoxios eē uideo. Sin ē  
tactū hūcūs aliq̄d: & sum ipse mihi ostensus in speculo: nec  
hic q̄quā est causa: cur offendi debeat. Si prudens sum dissi-  
mulabo: qd sentio: nec ipse mei ueniā p[er]ditōr. Si p[er]bus: ad-  
monitus cauebo: ne mihi tale conuitiū posthac in os noīa-  
tim possit impingi: qd illic sine nomēclatura notatū uideo.  
Cur nō saltē hoc donamus huic libello: qd uulgaribus ist[is]  
comediis tribuit & idiotæ? Quā multa quāta cū libertate ia-  
ciunt illic i monarchas. in sacerdotes. in monachos. i uxo-  
res. i maritos. in quos nō? Et tñ quia nemo noiātim incessit:  
arident oēs: & suū q̄sq̄ morbū. aut fatet ingenue. aut dissi-  
mulat prudenter. Violentissimi quoq̄ tyrāni: serūt scurras.

Tullius & Quintilianus  
sermōi d[omi]ni rhetores

Nomenclatura  
notatio,

& Moriones suos cū ab hīs aliquoties manifesto cōuitio fe-  
riunt. Nō ultus ē impator Flauius Vespasianus exprobra-  
tā sibi cacantī faciē. Et qui nā istī tā delicatī auribus: q̄ Mori-  
am ipsam nō ferūt in cōem hoīm uitā: sine ullius noīs inusti-  
one ludentē! Nunquā explosa fuisset uetus comœdia: si ab-  
ædendis noīb<sup>9</sup> illustrīū uirorū abstinuisset. At tu qd̄ opti-  
me Dorpi: ita p̄p̄modū scribis: quasi totū ordinē theolo-  
gicū Moria libellus a nobis alienasset. Quid opus fuit in-  
ḡ theologorū ordinē tā acriter lacerare: meaq; deploras for-  
tunā. Olīm (inquis) tuas lucubratiōes magno studio legebat  
oēs: te p̄ntē uidere gestiebant. Nūc Moria ueluti Dauus in-  
terturbat oīa. Scio te nihil p̄ calūniā scribere; nec ipse tecū  
tergiuersatorē agā. Queso laceratū theologorū ordinē pu-  
tas: si quid dictū fuerit in stultos aut malos theologos: eoq;  
indignos noīs? Atqui si placet ista lex: uniuersum mortalīū  
genus īsensum habeat qui quid dixerit: in sceleratos hoīes.  
Quis unquā fuit tā impudēs rex qui nō fateat: regū nōnul-  
los eē malos: & hoc honore īdignos? Quis ep̄s tā insolens:  
quin idē de suo fateat ordinē? An unus ordo theologorū:  
in tanto nūero nullum habet stupidū: nullum indoctū: nul-  
lum rixosum: sed tantū Paulos: Basilios: & Hieronymos no-  
bis exhibet? Imo cōtra sit ut quo quaq; p̄fessio p̄clarior est.  
hoc pauciores habeat qui rīdeant. Plures inuenies bonos  
naucieros quam bonos principes: plures medicos bonos.  
quā bonos ep̄os. Atque ea res haud p̄tinet ad cōtumeliā or-  
dinis: sed ad laudē paucorū qui in pulcherrimo ordine: sese  
pulcherrime gesserūt. Rogo dic mihi: cur magis offendunt  
theologi. si mō sunt qui offendant: quā reges. quam prima-  
tes. quā magistratus. quā ep̄i. quā cardinales. quā summi pō-  
tifices? Deniq; quam negociatores. quam mariti. quā uxo-  
res. quam iurecōsulti. quam poetae? (Nullum em̄ oīno mor-  
talīū genus prateriit Moria) Nisi qd̄ non usq; adeo desipi-  
unt: ut i se quisq; dictū existimet: quod in genere dictū sit in  
malos? Diuus Hiero. scripsit ad Eustochiū de uirginate: at-  
q; in eo libro: malarū uirginū mores ita depingit ut nullus  
Apelles magis possit oculis exponere. Nunquid offensa est  
Eustochiū: nunquid succensuit Hieronymo: quod uirginū

Q. cont. Theologos  
marit et uirgines

ordinē de honestate! Ne tātulū qdem. At q̄obrem tandē  
nēpe: qđ uirgo prudēs: nō existimaret ad se p̄tinere: si quid  
dictū eēt in malas: imo gaudebat admoneri bonas: ne in ta  
les degenerarent. Gaudebat admoneri malas: ut tales esse  
desinerent. Scripsit ad Nepotianū de uita clericorum. Scri  
psit ad Rusticū de uita monachorū: ac miris coloribus pin  
gic: miris salibus taxat: utriusq; generis uitia. Nihil offensi sūt  
ad quos scripsit: qđ scirent horū nihil ad se p̄tinere. Cur nō  
alienatus ē Gulielm<sup>9</sup> Mōrtioius: inter optimates aulicos nō  
infimus: qđ multa luserit Moria in proceres aulicos? Nem  
pe cum ipse sit uir & optimus: & prudentissimus: arbitrat id  
qđ res est qđ in malos ac stultos dictū est primates: nihil ad  
se p̄tinere. Quā multa luserit in malos & laicos ep̄os Moria?  
Cur nihil huic rebus offensus ē archiep̄s Cantuarieñ. Nē  
pe quia uir oī uirtutū genere absolutus: nihil horū ad se p̄  
rinere iudicat. Quid ego tibi p̄gam cōmēorare noiatim de  
summis principibus. de ceteris ep̄is. de abbatibus. de Cardi  
nalibus. de uiris eruditiōe claris: quorū neminē adhuc sentio  
uel pilo factū alieniorē: Moria gra! Nec adduci possum ut  
credā ullos theologos irritatos hoc libello: nisi forte pau  
culos aliquos q̄ uel nō intelligant: uel inuideant: uel natura  
fint adeo morosa: ut nihil oīno pbent. Habet em̄ id qđ in  
cōfesso est: hoc hoīm genus admixtos quosdā: primū inge  
nito iudicio: q̄ adeo ifelici: ut ad nullas oīno litteras sint ap  
positi: nedū theologicas. Deinde postea q̄ pauculas Alexā  
dri Gallī regulas edidicerint: ad hęc paululū ineptissime so  
phisticas attigerint. Post ex Aristotele decē tenuerint pro  
positiōes: nec has intellectas. Postremo ex Scoto aut Occā  
toridem edidicerint quæstiōes. Quod supest ex Catholico:  
Māmetrecto: & p̄silib<sup>9</sup> dictiōariis: uelut ex Copie cornu pe  
tituri: mirū q̄ cristas efferant: ut nihil ē arroganti<sup>9</sup> impitia.  
Isti sunt q̄ cōtemnūt diuum Hieron. ut grammatisen: q̄a nō  
intelligant. Isti græcas. hebraicas: imo & latinas ridēt litteras  
Et cū sint quouis sue stupidiores: ac ne sensu q̄dem cōi præ  
dicari: putant se totius arcem tenere sapientiæ. Censent omes  
damnāt: pronūciāt: nihil addubitat: nusq̄ herēt: nihil nesci  
unt. Et tñ isti duo tresue magnas se penūcro cōmouent tra

*In uelina hinc*

gcedtas. Quid em̄ ē inſcitia. uel ſpudētī⁹. uel p̄tinaci⁹? Hi ma  
gno ſtudio cōſpirāt ī bōas l̄ras. Ambīūt ī ſenatu theologo  
rū aliqd̄ eē. & uerent: neſi renaſcant bonæ litteræ: & ſi reli  
piſcat mūdus: uideāt nihil ſciſſe: q̄ añhac uulgo nihil neſci  
re uidebant. Horū ſunt illi clamores: horū illi tumult⁹: ho  
rū cōiuratio ī utros meliorib⁹ addictos litterꝝ. His ſi placet  
Moria: q̄a nō itelligūt: neq; gr̄æ neq; latinæ. In hmōi non  
theologos: ſed theologie hiſtrīōes: ſi qd̄ forte dictū ſit acer  
bius: quid hoc ad magnificentiſſimū bonorū theologorū  
ordinē? Nā ſi pietatꝝ ſtudio cōmouent̄ iſti: cur Moria potis  
ſimū ſuccēſent? ſimpia: q̄ ſpurca: q̄ peſtifera ſcripſit Pogi⁹.  
At hic & autor chriſtian⁹ paſſim habet ī ſinu: in omneſ pe  
ne uerſus linguam. Quibus probꝝ. quibus maledictꝝ cleri  
cos infectat Pōtanus? At hic & lepidus ac feſtiuus legitur.  
Quantū obſcœnitatis ē in Iuenalet? At hūc quīdam putāt  
cōcionatoribus etiam utlem eē? Quam maledice ſcripſit in  
chriſianos Cornelius Tacitus: quam inimice Suetonius: quā  
impie derident immortalitatē anſarum Plinius: & Lucianus?  
At hos tñ eruditōis gr̄a legunt oēs: & merito quidē legūt:  
Solam Moriam: quia ſalibus aliquot luſerit: non in bonos  
theologos: & eo dignos titulo: ſed in ineruditorū friuolas  
queſtiunculas: & ridiculū mgr̄i n̄i ritulū: ferre non p̄nt. Ac  
duo tresue nebulones theologico ſchemate p̄ſonati: mihi  
conant̄ hanc mouere inuidiam: quaſi theologorū ordinem  
leſerim & alienarim. Ego tātū tribuo theologicꝝ l̄ris: ut eas  
ſolas ſoleam appellare l̄ras. Ita ſuſpicio uenerorq; hūc ora  
dīn ē: ut huic unī nomen dederim ac uoluerim aſcribī. Quā  
quam pudore prohibeor: quo minus mihi tam eximīū titu  
lum aſſeram: quippe quī nō ignorem quæ dotes & eruditio  
nis & uitæ theologico nomini debeant. Neſcio quid homī  
ne maius profiteſ qui theologum profiteſ. Ep̄orum ea di  
gnitas eſt: haud mei ſiſſum. Nobis fatꝝ eſt Socraticū illud di  
dicīſſe: quod nihil oīno ſcimus: & qua poſſumus opam no  
ſtram iuuandis aliorū ſtudiis cōferre. Equidem neſcio ubi  
nam lateant iſti duo tresue theologorū dii: quos ſcribis mi  
hi parū eſſe propicioſ. Ipſe cōpluribus in locꝝ ſum uerſatus  
ab ædita Moria: in tot Academiis uixi: in tot frequētīſſimis

*Inſcitia dederim*

*Pogius.*

*Pōtanus.*

*Iuuenal.*

*Corn. Tacit⁹.  
Suetonij n̄i*

*Quid Eraſm⁹  
Theologꝝ h̄ris  
tribuit.*

urbibus. Nullū unquam theologū mihi sensi iratū: nisi unū  
aut alterū ex istorū numero qui omnibus bonis hīs sunt ho-  
stes. Ne hīc unquam uerbo mecum expositularunt. Quid  
in absentem mustitent: nō admodum obseruo: tot bonorū  
iudicio fretus. Ni uererer mi Dorpi: ne cui uidear arrogan-  
tius quam uerius hęc dicere: quam multos tibi possem re-  
censere theologos: uitaē sanctimonīa celebres: eruditōe p̄-  
cellentes: dignitate p̄raminentes: aliquot ex his etiā ep̄os:  
qui me nūquam maḡ amplexi sunt quam post æditam Mo-  
riam: & quib⁹ ille libellus maḡ arridet: quam mihi ipsi. Ho-  
rum singulos titulis ac noībus suis hoc loco referre: nisi ue-  
rerer ne tant̄ etiam uiris: Moriaē causa: futuri sint iniquo-  
res tres isti theologi: imo unum dūtaxat esse puto ap̄d uos:  
istius auctorem tragœdiæ. Nā rem propemodū cōiecturis  
assequor. Quem si uellem suis depingere coloribus: nemo  
miraret̄ eiūmodi uīro displicuisse Moriaē: imo mihi nō pla-  
ceret: nisi talibus displiceret. Quāq̄ nec mihi placet. At isto  
certe noīe minus displicet: quod talibus īgeniis nō placet.  
Plus apud me ponder̄ habet sapientū & eruditorum theo-  
logorum iudiciū: qui t̄m absunt ut me suggillant mordact̄  
tat̄: ut moderatōne etiā & candorē meū laudibus uehant: q̄  
procax p̄ se argumentū: citra p̄caciā tractarim: & in re io-  
cosa: sine dente luserim. Eten̄ ut solis r̄ndea theoloḡ: quos  
solos audio offendi: quis nescit q̄ multa uulgo quoq̄ dica-  
tur ī mores malorum theologorū. Moria nihil attingit istius-  
uīmodi. Tantū iocat̄ in ociosas illorū disceptatiūculas: nec  
has ipsas t̄m simpl̄r improbat: uerum eos dānat: qui ī his so-  
lis theologicæ rei puppim (ut aiunt) & prorā collocant:  
quiq̄ logomachiis: ut diuus appellauit Paul⁹: eiūmodi sic  
occupant. ut nec Euangelicas. nec Propheticas. nec Apl̄is  
cas l̄as uacet legere. Atq̄: utinā mi Dorpi pauciores eēt  
huic obnoxii crimī. Possem tibi producere qui annos egres-  
si octoḡsimū: rantum ætat̄ in hmōi tric̄ p̄didissent: nec un-  
q̄ cōtextum euangelicum euoluerint: id qd̄ a me comptum.  
ipsi quoq̄ demum cōfessi sunt. Ne sub Moriaē qd̄m p̄sona  
sum ausus dicere: quod t̄m nō raro multos audio deploran-  
tes: theologos & ipsos: sed uere theologos. hoc ē uiros ite-

gros. graues. eruditos: & q̄ christi doctrinā penitus ex ipsis  
imbiberint fontibus. Hi quoties apud eos sunt: apud quos  
fas liberar animi uoces deprimere: deplorant hoc recentis  
theologiae genus mūdo inuictum: & uetus illud desiderant.  
Quid em̄ eo sanctius. quid augustius. qd̄ aequē respiciens ac  
referens illa cœlestia christi dogmata? Ad hoc: ut omittam  
barbari facticii q̄ sermōis sordes: & portēta: ut omittā oīm  
bonarū litterarum inscitiam: ut imperitiā linguarū. sic Aristotele.  
sic humanis inuentūculis. sic prophanis etiā legib⁹  
est cōtaminatū: ut haud sciam an purum illum ac syncerum  
Christum sapiat. Fit em̄ ut dum ad humanas traditiones ni  
miū auertit oculos. minus assequat Archetypum. Hinc se  
penumerō cogunt theologice cordatiores: aliud apud pplm̄  
dicere: q̄ uel apud se sentiant. uel apud familiares loquant̄.  
Et aliquoties nō habeant quod respōdeant consultoribus:  
cum p̄cipiunt. aliud docuisse christum. aliud humanis tra  
ditiunculis imperari. Quaeso qd̄ cōmerciū Christo & Aristotele  
q̄d̄ sophisticū captiunculis: cum aeternae sapientiae my  
steriis? Quorū sum tot quaestionū labyrinthi? Inter quas quā  
multae sunt octolae. q̄ multa pestilentes: uel hoc ipso qd̄ con  
tentiōes & dissidia pariunt. At sunt uestiganda quaedā: sunt  
& decernēda quaedā. Nō abnuo: sed ediuerso permiā sunt:  
quae rectius sit omittere q̄ ingre. Et scientiae pars est quae  
dam nescire: p̄ multa de quibus salubrius est ambigere q̄ sta  
tuere. Postremo siquid statuendū est: id uelim: reuerēter nō  
arroganter: & ex diuinis l̄is: nō e cōmentitiis hoīm ratiun  
culis statui. Nūc neq̄ quaestiuularū ullus est finis: in quib⁹  
bus ipsis tñ quanta familiarū & factionum dissensio. Et quo  
tidie decretum ex decreto nascit̄. Breuiter eo redacta res ē:  
ut negotiū summa nō tam ex christi praescripto: q̄ ex schola  
sticorum definitiōibus: & ep̄orum qualūcūq; prate depē  
deat. Quibus rebus sic inuoluta sunt oia: ut ne spes quidē sit  
mundū ad uerū illum christianismū reuocādi. Haec aliaq; p̄  
multa p̄cipiunt ac deplorant sanctissimi: idemq; doctissimi  
uiti: quorum oīm praecipuam cām ī audax hoc & irreuerēs  
recentium theologorū genus reiciunt. Osi liceret mi Dor  
pi: tacit⁹ oculis animi mei cogitatiōes intueri: nimirū intelli

Vetus Theologia  
sanctior & augu  
stior cōmū fuit.

Nota  
Rerens hanc illa  
in theologia q̄m  
fecerit sit et p̄fusa.

Nota

In p̄fusa

Nota in Theol.

gerēs q̄ multa prudens hoc reticeam loco. At horum aut n̄  
 hil attingit Moria. aut certe leuissime attingit: ne quem offen-  
 derem. Atq; eandē cautionē in oībus seruare curauī: ne qd  
 obscenc scriberem: ne qd pestiferum moribus: ne qd sedū-  
 riosum: aut qd cum ullius ordīs iūria iunctum uideri pos-  
 set. Si qd ibi dictum est de diuorum cultu: semp̄ reperies ali-  
 quid ascriptū: qd palam testet: nihil aliud taxari q̄ supstitio-  
 nem: nō recte colentiū diuos. Item siquid in principes: si qd  
 in ep̄os: si qd dicit in monachos: semper addimus qd decla-  
 ret illud in ordīs iniuriam nō esse dictum: sed in corruptos  
 & suo indignos ordine: ne quenq̄ bonum laederē: dū malo-  
 rum insector uisita. Ac rursus dum hoc ago: subtractis oīm  
 nomībus: effeci quod ī me fuit: ne uel mali possent offendi.  
 Postremo dum salibus & iocis fictaq; & ridicula p̄sona: to-  
 ta peragit fabula: curatum ē: ut tristes etiam & morosi: boni  
 cōsulant illam illud nō ut mordacius dictum notari scribis:  
 sed ut impiū. Nam quo (inquis) pacto ferant piā aures: qd  
 futura uitā foelicitatem dementiā spēm uocas? Obsecro te  
 optime Dorpi: qs tuum candorē docuit: subdolu hoc calli-  
 nandi genus? Siue (qd magis arbitror) qs astutus: ad hanc  
mihī struendā calumniā: tua abusus ē simplicitate? Ad hunc  
 modū solent isti calūniatores pestilentissimi: duo uerba de-  
 cerpere eaq; nuda: nōnunq̄ & immutata nō nihil: pretermis-  
 sis his quæ durum aliog sermonē leniunt & explicant. No-  
 tat ac docet hanc asturiam in suis institutionibus Quintilia-  
 nus: ut nra quam cōmodissime referam? addit cōfirmatio-  
 nibus. & si qd est qd mitiget. qd extenuet. qd atq; causam  
adiuuet. Cōtra quæ sunt aduersariorum ea destituta his oī-  
 bus recitemus: idq; uerbis (quā fieri pōt) odiosissimis. Hæc  
 artem isti nō ex Quintiliani præceptis: sed ex sua maleuolen-  
 tia didicerunt: qua se penumero fit ut quæ magnopere pla-  
 citura fuerint. si sic referant ut scripta sunt: aliter recitata ue-  
 hementer offendant. Relege: quæ so te: locum ac diligenter  
 inspicere: qbus gradibus: quoq; sermōis progressu: huc per-  
 uentum sit ut foelicitatem illam dementiā speciem esse dice-  
 rem. Ad hæc obserua: qbus uerbis id explicem: uidebis illie  
 esse: quod uere plas aures etiam delectet: tantum abest ut qe

Boni cōsulē

modū referendi

Quintilianus

¶ sit quod offendat. In tua relectiōe offendiculum est: non  
 in meo libello. Etenim cum hoc ageret Moria. ut uniuersum  
 rerum genus stultitiā nomine complecteret: doceretq; to-  
 tius humanæ foelicitatis summā a stultitiā pēdere: per omne  
 mortalium genus peruagata ē: usq; ad reges ac summos pō-  
 tifices. Deinde puentum est ad ipsos ap̄los atq; adeo Chris-  
 tum: quibus stultitiā quandam tributam reperimus in sa-  
 cris litteris. Neq; uero periculum est ne quis hic imaginetur  
 ap̄los aut Christum uere stultos fuisse: sed quod in his quo-  
 q; fuerit infirmū quiddam: & nostris tributum affectib;: qđ  
 ad æternam illam ac puram sapientiam parum sapiens uide-  
 ri possit. Verum hæc ipsa stultitiā uincit omnē mundi sapi-  
 entiam. Quemadmodum & propheta omnē mortalium iu-  
 stitiā pannis confert foemina;: menstruo fluxu contami-  
 ta. Nō quod bonorum iustitiā polluta sit: sed quod ea quæ  
 apud homies purissima sunt: quodāmodo impura sint: si ad  
 illam ineffabilem dei puritatem conferantur. Et ut sapientē  
 proposui stultitiā: ita sanam insaniam & cordatam amen-  
 tiam facio. Quoq; mollius esset quod de sanctorum fruitio-  
 ne sequebarur: præmitto tres Platonis furores: e quib; fo-  
 licissimus sit amantiū: qui nihil aliud sit qđ ecstasis quædā. At  
 priorum ecstasis nihil aliud est: qđ gustus qdam futuræ beati-  
 tudinis: qua toti absorbebimur in deum: in illo magis qđ in  
 nobis ipsis futuri. Ad hunc Plato furorem uocat: cum quis  
 extrā se rapit;: in eo est quod auat: eoq; fruitur. Non uides  
 qđ diligenter paulopost distinxerim stultitiā & insaniam gene-  
 ra: ne quis simplicium in uerbis nostris labi possit. Verum  
 de re non pugno inquis: a uerbis ipsis abhorrent plorum  
 aures. At cur nō offendunt eadem aures istæ: cum Paulum  
 audiūt dicentē. Quod stultū est dei: & stultitiā crucif;: cur nō  
 diuū Thomā in ius uocāt: qđ de Petri ecstasi scribit in hūc mo-  
 dū. Dum pie desipit: sermonē icipit de tabernaculis. Sacri-  
 illū ac foelicē raptū desipientiā uocat. Et tñ ista canunt in tē-  
 plis. Cur mihi nō olim scripsere dicā qđ in precatiōe qua-  
 dā Christū magū dixerim & icantatorē. Diuus Hieronym<sup>o</sup>  
 Christum Samaritanū appellat: cum fuerit ludæus. Paulus

E. ii

Quo apparet id  
 qđ supra felix  
 dicitur qđ illud sa-  
 piens dicitur  
 genus dicitur

Ecstasis furor  
 qđ dicitur in pla-  
 tone

eundem & p̄t̄m uocat: quasi plus dicas q̄ p̄t̄orem. Maledic-  
 tu n uocat; q̄ impium cōuitium: sigs maligne uelit interpre-  
 tari: q̄ pia laus: si quis ut Paulus scripsit ita accipiat. Ad cōsi-  
 milē modū: si quis Christum p̄adonē appeller. si quis adul-  
 terum. sigs temulentū sigs h̄reticum: nōne futurum sit: ut  
 boni oēs obturent aures: at si quis cōmodis uerbis h̄c effe-  
 rat: & sermōis p̄gressu paulatim huc ueluti manu deducat:  
 quē admodū triumphās p̄ crucem: p̄adam ab infer̄s abdu-  
 ctam patri reuexerit: quē admodū Moyfi synagogam: uelut  
 uxorem Vria: sibi adiunxerit: ut ex ea nasceret̄ pacificus il-  
 le ppl̄s: quo pacto charitat̄ musto temulent̄: semetīp̄m no-  
 bis impenderit: quē admodū nouum doctrinā genus inue-  
 xerit: ab oīm & sapiētum & insipientū placit̄ longe diuersif-  
 simū: q̄s quāso poterit offendi: p̄sertim cū horū uocabu-  
 lorū singula nōnunq̄ repiamus in arcanis litter̄: in bonum  
 usurpata sensum! Nos in chiliadibus: nam id obiter uenit i-  
 mētem. Ap̄los Silenos appellauim̄: imo Christum ip̄m Si-  
 lenū quendā diximus. Accedat iniquus interpret̄ q̄ hoc tri-  
 bus uerbis odiosus explicet: qd̄ intolerabilius! At legat̄ pi-  
 us & æquus: quā scripsi: p̄babit allegoriā. Demiror aut̄ nec  
 illud an̄ aduersum ab istis: q̄ cautim efferam ista: q̄q̄ corre-  
 ctione studeā mitigare, Sic em̄ p̄pono. Sed postea q̄ semel

*Ap̄los Silenos uocat  
 p̄ Allegoriā.*

*1. p̄llē leonis*

*Pia ac Felix stultia*

*ἡν λεωνίην* induim̄. age doceamus & illud: felicitatē Chri-  
 stianorū: quā tot laboribus expetunt: nihil aliud esse quam  
 infantia stultitia q̄ gen̄ quoddam. Absit inuidia uerbis. Rē  
 ipsam poti⁹ expendite, Audis ne? Primū qd̄ Moria de re tā  
 arcana disputat: id mitigo p̄ uerbis: qd̄ iam leonis exuuium  
 induerit. Nec simpl̄r appello stultitiam aut̄ infantiam. sed stul-  
 titia infantia q̄ genus: ut p̄iam stultitiā & foelicem intelligas  
 infantia. iuxta distinctiōnē quam mox subilicio. Nec hoc con-  
 tentus: addo quoddā ut appareat figuram subesse: non sim-  
 plicem esse sermonē. Nec his content⁹: offensam deprecor:  
 quā uerborum sonus possit gignere: & admoneo: ut magis  
 obseruent qd̄ dicat̄: quam q̄bus dicat̄ uerbis: atq̄ h̄c qui-  
 dem in ipsa statim p̄positione. Iam uero in ipsa rei tractati-  
 one: quid ē oīno quod nō pie: quod nō circūspecte sit dictū  
 ac reuerētius etiam quam ut cōueniat Moria? Sed ibi ma-

*Verbo Moria*

lul paulisper obliuisci decori: quā non satisfacere dignitati  
rei: maluit rhetorice offendere: quā lādere pietatē. Ac po-  
stremo pacta p̄batione: ne quem moueret: qđ de re tam sa-  
cra stultitiam. hoc ē iocosam p̄sonā: fecerim loquētē: & hāc  
deprecor culpam hīsce uerbis. Verum ego iādudum obli-  
ta mei. *Πρὸς τὸν ἄβελαννίαν πρῶτον* Quamquam siquid pe-  
tulanti<sup>9</sup> aut loquacius a me dictum uidebit: cogitate & stula-  
ritiam & mulierem dixisse, Vides ut nusquam cessarim oēm  
offendiculi ansam precipere. Verū ista nō perpendūt quo-  
rum aures: preter p̄positiōes: cōclusiōes: & corollaria nihil  
admittūt. Quid qđ p̄fatione premunierim libellum: qua-  
conor oēm precludere calumniā: Neq; quicquam addubia-  
to quā ea candidis oībibus faciat satis. Quid autem facias  
istis qui uel ob ingenii pertinaciam sibi satisfieri nolint: uel  
stupidiōres sint: quam ut satisfactiōē itelligant? Nā quem  
admodū Themistocles dixit: Thessalos hebetiores esse: quā  
ut possint a se decipi: ita quosdam uideas stupidiōres: quam  
ut placari queant. Ad hec nō mirū est inuenire quod calum-  
niet: qui nihil aliud querit nisi quod calūniet. Quod si quis  
eodem anō legat diuī Hieronymi libros: centū locos offē-  
det: que calumnie pateant: nec deerit in oīm Christianissī-  
mo doctore: qđ ab istis hereticum possit appellari. Ne quid  
interim dicam de Cypriano. de Lactantio. deq; ceteris cōsi-  
milib; Deniq; quis unquam audiuit ludicrum argumentū  
in theologorū uocari cognitionē? Quod si placet: cur non  
eādē operā. quicquid a poetis hodie scribit. aut ludif. ad  
hanc excutiūt legem: Quot illic repient obscœna. quot ue-  
terum paganismū olentia? Verum hec qm̄ inter seria nō ha-  
benē nemo theologorum existimat ad se p̄tinere. Neq; ta-  
men postulem istorum exemplū mihi patrocinari. Ego nec  
ioco scriptū a me uelim: quod ullo pacto Christianorū of-  
ficiat pietati. Mō detur qui quod scriptum est itelligat. mō  
detur æquus & integer: quiq; cognoscere studeat: non affe-  
ctet calumniari. At si quis istorū habeat rōnem qui primum  
nullo sunt ingenio prediti: miōre iudicio. Deinde nihil oi-  
no bonarum litterarum attigerūt: sordida tantū ista ptur-  
bataq; doctrina infecti: potius quā eruditi: deniq; infensi oī

*Verbo, ueris*

*De p̄fatione i  
Mouiam?*

bus qui sciunt quod ipsi nesciant: nec aliud secum adferen-  
tes propositum q̄ calūnandi: quicquid illud sit quod forte  
uacare uelit calūnia. Quid quod istorum nōnullos gloriæ  
studium: ad calūnandū adducit? Nihil em̄ gloriosius in-  
scitia: cum scientiæ persuasiōe cōiuncta. Proinde cum uehe-  
mēter sitiant famā: nec eam possint bonis rōnibus assequi:  
malunt Ephesum illum iuuenē imitari: qui incenso phano  
totius orbis celeberrimo nobilitatus est: q̄ ingloriū uiuere.  
Et cū ipsi nihil lectu dignum possint adere: toti sunt in hoc  
ut celebriū uirorum lucubrationes carpāt. De aliis loquor  
nō de me: qui nihil oīno sum. Ac Moriæ libellum ipse: ne pl  
li quidem facio: ne quis putet hac re commoueri nos. Quid  
autem mirū si tales quales mō diximus: propositiones ali-  
quot eligant: ex magno decerpas opere: quarum alias faci-  
ant scandalosas. alias irreuerentiales. alias male sonantes.  
alias impias & hæresim sapiētes: nō quod hec mala reperis-  
ant illic: sed quod ipsi secum adferant. Quanto placabilius  
erat & Christiano candore dignius: eruditorum hominum  
Industriam fauore alere: & si quid forte fortuna fuerit elaz-  
psum incogitātius: aut cōnuere: aut comiter interpretari:  
q̄ inimice quærere quod reprehendas: & sycophantā agere  
nō theologū. Quanto felicius mutua collatione uel docere  
uel discere: & (ut Hieronymianis utar uerbis) in scripturarū  
campo sine nostro dolore ludere? At in istis mirum q̄ nihil  
sit medium. Quosdam autores sic legunt: ut quantū uis ma-  
nifestum inciderit erratū: uel friuolo prætextu defendant: i  
quosdam adeo sunt iniqui: ut nihil tam circūspecte dici pes-  
sit: quod nō aliqua rōne calūnient. Quāto prestiterat: dū  
uicissim & lacerant & lacerant: simul & suum perdentes ocu-  
lum & alienum: Græcas aut Hebraicas: aut certe Latinas lit-  
teras discere: quarū cognitio tantū adfert momēti: ad diui-  
narū sciam l̄rarum: ut mihi sane uideat uehementer impu-  
diēs: earum rudem: theologū nomē sibi uindicare. Proinde:  
Martine optime pro mea i te beniuolentia: nō te desinā ad-  
hortari: quod antehac sepius feci: ut studiis tuis saltē Græ-  
carū l̄rarū cognitionē adiūgas. Rara quedam est igeniū tui

Alludit ad illos  
Theologos quidam  
Jo. p. in m̄se  
stantes?

Alludit tunc  
ad insecutores  
Reuchlin?

fœlicitas. Stilus solidus & nervosus ac fluens & exuberans:  
 animū arguit nō sanū mō: uerū etiam fœcundum. Suppetit  
 ætas: nō tantū ite gra: sed uirēs adhuc & florida. Et uulgatū  
 istum studiōrū cursum: iā fœliciter absoluiſti. Crede mihi:  
 si istis tāpreclaris initiis: Grecanicę sature colophonē addi  
 deris: ausim tū mihi: tū aliis oībus magnū quiddā de te pol  
 liceri: & quod añ hac nemo recētū theologorū prestiterit.  
 Quod si in hac es opione: ut amore uerę pietatis putes: oēm  
 hūanam eruditiōē esse cōtemnendā: & arbitrais ad hęc sa  
 pientia maiore cōpendio perueniri: transfiguratiōē quadā  
 in Chriſtū: ceteraq; oīa que digna cognitu sint: plenius iſis  
 dei lumine p̄spici: q̄ in hoīm libris: facile tue subscripsero  
 snie. Quod si (ut nūc habet humanarū rerū status) uerā the  
 ologice rei cognitiōē tibi promittis: absq; linguarū peria  
 tia: presertim eius in qua pleręq; sunt traditę diuine s̄re: to  
 ta nimirū erras uia. Atq; utinā hanc rem persuadere tibi tā  
 possim q̄ cupio: nā cupio nō minus q̄ & te diligo & tuis stu  
 diis faueo. porro tū diligo effusissime. tū faueo impētissime  
 Quod si tibi nō possum approbare: saltē illud amici precia  
 bus dones uelim: ut periculū facias. Nihil recusabo suppli  
 cii: nisi fateberis amicū: ac fidū fuisse consiliū. Si quid merē  
 hic meus in te amor: si quid ualet patria cōis: si quid tribuis  
 huic (nō ausim dicere) doctrine: sed certe laboriose i bonis  
 lris exercitationis: si quid tribuis etati (nā quantū ad annos  
 attier: ego tibi pater esse possem) sine me hoc uel gratia: uel  
 autoritate: si minus argumentis: abs te imperare. Itā demum  
 mihi uidebor eloquens: quod tu mihi soles tribuere: si hęc  
 rē persuasero. Quod si assequor futurū est: ut uterq; gaude  
 amus: ego dedisse consiliū: tu paruisse. Et qui nunces oīm  
 charissimus: hoc nomine nō paulo futurus es charior: qđ  
 te tibi reddiderim chariorē. Sin minus: uereor ne natu iam  
 grandior ac rerū usu doctus: & meū probaturus sis cōsiliū:  
 & tuam dānaturus sententiā: quodq; fere solet usu uenire:  
 tum intelligas errorem tuum: cum serum erit mederi. Pos  
 sem tibi per multos enumerare nominatim: qui canī iam cœ  
 perint in his litteris repuerascere: quod tandem anī aduer  
 sissent: sine his mancum ac cecum esse litterarum studium,

Ad grecā bratiua  
 Dorpiū exhortat  
 mirū in modū

Nota

Nota  
 Ad grecā bratiua  
 ra utilit & mirū

Habentes lingua  
 rā pitias & se  
 theologis tra  
 dōis fieri  
 doctissis  
 i ea  
 Exypho

Colophonē ad  
 dorey s̄ronā  
 vitas adhiberi

Nota aut q̄ntū grecā bratiua conuertit ad sacra scripturā et qđ est uariā s̄r̄ uide  
 b. Augustini in Libris de doctrina ch̄yana. lib. 2. c. 11. r. p. c. 14. et c. 17. r. 16. Et lib. 3. c. 3.  
 et r. 4.

had secum uideret  
 illud sit quod bene  
 no scriptoris et h  
 nō nullis glorie  
 em gloriosus in  
 totide cum ueris  
 rōibus assequi  
 uicōso phano  
 q̄ uoluerit.  
 reuolūm in hoc  
 a. Da. zis loq̄re  
 bellum ip̄m et  
 uerit nos. Quid  
 op̄tiones ab  
 arum alia fact  
 tale sonans.  
 mala reperit  
 placabilis  
 nō hominum  
 a fuerit eia  
 nepercatia  
 phania agere  
 ne uel doctē  
 inſcipuarū  
 mirum q̄ uel  
 quantū me  
 nō defendam  
 specte dicit p̄o  
 p̄celleret: dā  
 ridentis oclis  
 ne Larnas lre  
 nētiad diuile  
 nēte impu  
 rē. Proinde  
 re defina ad  
 is saltē Greæ  
 u est igeniū

Verum hac de re nimis iam multa. Vt ad tuam redeam epi-  
stolam. Quoniam existimas hac una rōne leniri posse: theo-  
logorum inuidiā: & ueterem istaurari fauorem: si quasi  
*ad Aluodan.* Sophie laudem opponam Morias Encomio: ue-  
hemēter hortaris & obsecras: ut ita faciam. Ego mi Dorpi:  
qui neminē cōtemno nisi meipsum: quicq; cupiā si liceat: uni-  
uersos mortales habere placatos. nec hoc laborꝝ grauater  
suscipe: nisi prospicerem futurum ut si quid apud paucos  
iniquos & indoctos ortum ē inuidie: nō solū nō extinguat.  
uerū etiam magꝝ exacerbet. Proinde satius esse duco *mi Moris*  
*to in Aluodan. habet hꝝ totius hanc opus mi Moris.*  
Rectius (ni fallor) rpe languescet hec excetra. Nunc ad al-  
teram epistole tue prem uenio. Operam meā i Hieronymo  
restituēdo magnopē cōprobas: & ad cōsimiles hortaris la-  
bores. Hortaris tu quidem iam currentem. quanquam nō tā  
hortatoribus opus ē: ad hanc rem quā adiutoribus: tantū ē  
in negotio difficultatꝝ. Verū nolim posthac mihi quicquam  
credas. nisi hic ueracem deprehēderꝝ. Isti quos tantopē offē-  
dit Moria: nec Hieronymi pbabūt editionem. Nec isti mul-  
to sunt equiores Basilio. Chrysofomo. Nazianzeno quam  
nobis. nisi quod i nos licētius debacchant. Quanquam ali-  
quoties irritatiōnes: nec illis idigna lumibus uerent effuti-  
re. Bonas litteras metuunt: & sue timēt tyrānidi. Atq; ut in-  
telligas me nō temere hoc diuinare: cū opus esset institutū/  
& fama iam prebuisset: accurrere quidam graues: ut haben-  
tur uiri & ignes: ut sibi uident theologꝝ: p oia facta typo-  
graphum obtestātes: ne quid grecitatꝝ aut hebraismi pate-  
ret admisceri. Ingens i eis litterꝝ eē periculum: nec quicquā  
esse fructus: ad solam curiositatē esse paratas. Et añ hoc tem-  
pus cum apud Britānos agerem. forte fortuna incidit mihi  
cōpotatio cum Franciscano quodam. primū nomis Scoti-  
sta: qui plebis iudicio multū sapere: suo nihil nescire uidef.  
Huic cum expoluissem quid in Hieronymo conarer: uehe-  
menter admiratꝝ est: esse quicquam i huius librꝝ quod a the-  
ologis nō intelligeret: hō usq; adeo indoctus ut demirer: si  
tres uersus in oibus Hieronymi lucubrationibus recte in-  
telligat. Addebat hō suauis: si quid in Hieronymi prefatio-

v. retraratus.

Excetra. i. hysca.  
De Opibꝝ Hieronimi  
reparandis.

Nota. Ecce factū  
quādam ruidis  
opibꝝ hieronymi.

Nota. de qda theo-  
logo indocto.

missorem

atibus addubstarē: Brtonē oīa luculenter exposuisse. Quē  
 somni Dorpi: qd istis facias theologs, aut qd precer; nisi for  
 te fidelē medicū qui cerebro medeat? Et tñ hui? farinae sunt  
 aliquoties: qui in theologorū cōfessu: fortissime uociferan  
 tur: hi de Christianismo p̄nunciāt. Timent & horret/ceu rē  
 periculosam ac pestilentē: quā diuus Hieron. quā Origenes  
 etiā senex magnis sudorib? sibi parauit: quo uere theolog?  
 esset. At Aug? iam eps: iam senex: in cōfessionū libi? deplo  
 rat: quod iuuenis ab eis lris abhorruisset: quae sibi i exponē  
 dis sacri? lris magno usui esse potuissent. Si periculum ē: nō  
 metuā hoc discrimis: quod uiri tā sapiētes affectarūt. Si cu  
 riositas: nolim esse sanctor Hieronymo: de quo q̄ bene me  
 reant istī: qui quod ille fecit: curiositatē uocat: uiderint ipi.  
 Extat puerustum Pontificiū senatus decretū: de p̄stituendis  
 doctoribus: q̄ linguas aliquot publice traderent: cum de so  
 phistica: de Aristotelis philosophia perdiscenda: nūq̄ unq̄  
 quicq̄ sit cautum. Nisi quod ista in Decretū uocant in dubiū  
 uirtū fas sit ea discere: necne? Atq; horum studiū a multis ac  
 magnis autoribus improbat. Cur quod Pontificū autori  
 tas iustit: negligimus. de quo dubitatū est: imo quod impro  
 batū: id solum amplectimur? Quāq̄ idem istis euenit Ari  
 stotele: quod in diuis litteris. Adest ubiq; Nemesis illa cōtēs  
 pti sermōis ultrix: passim & hic hallucinant. somniāt. cecuri  
 unt. impingūt, meraq; portenta pferunt. His egregiis theo  
 logis debem? quod ex tam multz scriptoribus: quos in cata  
 logo recē: Hieronymus: tā pauci sup̄sint: quia scribebant  
 quod magistri nostri nō intelligerent. His debemus qd di  
 uum Hieron. sic habemus deprauatū ac mutilū: ut aliis p̄  
 prope negotii sit in restituendo: q̄ ipsi fuerit in scribendo.  
 Nam uero q̄ tertio loco scribis de nouo testamēto. Sane de  
 miror qd tibi acciderit: aut quonā interim p̄spicacissimos i  
 genii tui oculos auerteris. Nolis quicquā a me mutari: nisi si  
 quid forte sit apud grācos significanti? & negas in hac qua  
 uulgo utimur: editioe: quicq̄ essem uitii. Nefas esse putas rē  
 tot saeculorū cōsensu: tot synodis approbatā ullo pacto cō  
 uellere. Obsecro te si uera scribis eruditissime Dorpi: cur  
 frequenter aliter citat Hieronym? aliter Aug? aliter Au?

*huius editionis*

*Nemesis: i. iudex  
ultrix superbis.  
grācis indigna  
interpretat?*

*De Nouo testa  
mento edendo,*

*Mora*

**F**

edem  
 polio  
 signi  
 accio  
 ni Dor  
 scari  
 prau  
 uculu  
 imp  
 me  
 me  
 rano  
 raris  
 mō  
 ranti  
 qu  
 e off  
 mul  
 uant  
 alle  
 frui  
 at in  
 dicit  
 habet  
 ryp  
 i p  
 uicq  
 ctem  
 mibi  
 ror  
 det  
 che  
 a the  
 er: si  
 te in  
 tatio

*Nota* brosius: q̄ nos legimus? Cur Hieronymus multa reprehēdit:  
 & corrigit noiātim: quæ tñ in hac habent æditiōe? Quid fa-  
*Nota* cies cū tam multa cōsentiunt: hoc ē sc̄i secus habent græco-  
 rū codices: cū ad horū exemplar citat Hieronymus: cū idem  
 habet uetustissima latinorū exemplaria: cū ipse sensus mul-  
 to rectius quadrat: nū his omnibus contēptis/ tuum seque-  
 ris codicem: fortassis a scriba deprauatū! Neq; uero quisq̄  
 asseuerat in diuisiōe ullum esse mendaciū. Quandoq̄dem  
 & hoc adductū est abs te: neq; totū hoc: de quo cum Hiero-  
 nymo digladiat Aug<sup>9</sup> quicq̄ ad rem p̄ter. At illud ipsa res  
*Nota* clamitat: & uel cæco (quod aiūt) pōt esse p̄spicuum: sepe uel  
 ob imperitiā interpretis: uel ob oscitantia/ græca male red-  
 dita esse: sepe germanā ac uerā lectionem ab indoctis libra-  
 riis fuisse deprauatā: id quod quotidie uidem<sup>9</sup> accidere: ali-  
 quoties mutatā a semidoctis: parū attentis. Vter magis fauet  
 mēdacio/ q̄ hæc corrigit ac restituit: an q̄ citi<sup>9</sup> ferat addi mē-  
 dam q̄ tollit? Quandoquidē ea deprauatorū natura ē: ut mē-  
 da mendā gignat. Et sunt fere eiusmodi quæ mutam<sup>9</sup>: ut em-  
 phalim p̄tineant magis q̄ ad sensum ipsum: quanq̄ sepe nū-  
 ro magna sensus pars ē Emphasis. Verū nō raro tota aber-  
 ratū est uia. Quod quoties accidit (quæso te) quo confu-  
 git Aug<sup>9</sup>. quo Ambrosius. quo Hilarius. quo Hieronymus:  
 nisi ad Græcorū fontes! Id cum sit eccl̄iasticis quoq; decretis  
 comprobatū: tñ tergieris: & studes refellere: uel potius  
 elabi distinctiuncula. Scribis eo sæculo græcorum codices  
 emēdatores fuisse latinis: nunc cōtra esse: nec fidendū illo-  
 rū libris qui descuerint ab eccl̄ia Romana. Vix adducor: ut  
 credā te hoc ex aīo scribere. Quid ais? nō legem<sup>9</sup> eorum li-  
 bros q̄ descuerūt a fide Christiana? Cur igit̄ Aristoteli tā-  
 tū autoritatē tribuūt ethnico: cui nihil unq̄ fuerit cū fide cō-  
 meritū? Tota Iudæorū gens a Christo descuiuit: nihil igit̄ pō-  
 deris habebunt apud nos Psalmi & Prophetæ: suo sermone  
 scriptis: lam mihi recense capita oīa: in q̄bus græcia latinis  
 dissentiūt orthodoxis: nihil reple: quod ex noui testamētī  
 uerbis natū sit: aut qd̄ huc p̄tineat. Tātū de uocabulo hypo-  
 staseos: de p̄cessiōe sancti sp̄s: de consecradī ceremoniis:  
 de paupertate sacerdotū: de p̄tate Romani pontificis cōtra o-

*Emphasis*

*Ad græcā ueritatē  
 recurruēdo q̄  
 cū dubitā d̄  
 interpretatū  
 hinc  
 latine*

*Errores græcorū  
 hinc hinc*

*dit. xx.*

uerfia est. At nihil horū ex falsatis approbāt exemplatib⁹.  
qd dices: ubi uideris sic interpretatū Origenē: sic Chrystos-  
mū: sic Basiliiū: sic Hieronymū? Nū eo quoq; saculo falsae  
rat aliq; Græcorū codices? Aut q; unq; deprehendit greco-  
rū codices: uel uno in loco falsatos fuisse? Postremo cur fal-  
sare uelint: cum hinc nō tueant sua dogmata? Adde huc qd  
semp in oī doctrinæ genere: Græcorū codices emendatio-  
res fuisse q̄ n̄ os fatet & M. Tullius: quanq̄ aliq; græcis in-  
quor. Nam distinctio l̄rarum: apices: & ipsa scripturæ diffi-  
cultas: in causa est: quo minus facile queant uitari: aut si qd  
fuerit uitiatū: facilius possit restitui. Porro quod scribis ab  
hæ editiōe nō esse recedendū: tot uidelicet consiliis appro-  
bata: more uulgaritū theologorū fac; q; qd ullo modo in  
publicū usum irrepsit: ecclesiasticę tribuere solent autorita-  
ti. At mihi uel unā profer synodū: in qua sit hæ editio com-  
probata? Nam q; comprobauit: quæ cuius sit nemo nouit?  
Nam Hieronymi nō esse: uel ipse testant Hieronymi prefa-  
tiones. Sed est o comprobabit synodus aliqua: nū ita cōpro-  
bavit: ut nihil oīno liceat ex Græcorū fontibus emendare?  
Num mēdas etiam oēs comprobauit: quæ uariis modis po-  
tuerint irreperere? Num hmōi uerbis cōceptum fuit decretū  
a patribus? Hæ editio cuius sit autoris nescimus: sed tñ eā  
approbamus: nec obstare uolumus si quid secus hñt Græci  
codices quantūuis emendati. Si qd secus legit Chrystos-  
mus: aut Basiliius: aut Athanasius: aut Hieronymus: etiā si il-  
lud mag; quadrauerit ad sensū euāgelicū: & tñ hos ipsos au-  
tores in ceteris magnope comprobam⁹. Quinetiā q; quid ī  
posterū quocūq; mō uel a semidoctis & audaculis: uel ab im-  
peritis. ebriis. oscitantib⁹ librariis fuerit uiciatū. depraua-  
tū. additū. omissum. eadem probamus autoritate: neq; cuiq;  
uolum⁹ licere: mutare scripturā: semel iductā. Ridiculū de-  
cretū inquis. At hmōi necesse est fuisse: si nos autoritate Sy-  
nodi deterreres ab hac idustria. Postremo quid dicturi sum⁹:  
ubi uiderimus: nec huius editiōis exēplaria consentire? Nū  
& hanc pugnatiā approbauit synodus: p̄scia uidelicet. quid  
quisq; mutatur⁹ eēt? Atq; utinā mi Dorpi tñ eēt oculi roma-  
nis potificibus: ut hisce de reb⁹ salutar es ederent cōstitutio

F u

Con q; m̄ text⁹  
a restitūis dicitur  
apbat⁹

nota

nota

Errr Errr

Nota

nes quibus cauere: de restituendis honorum autorum monumē-  
tis, de paradisi & reponendis emendatis exemplaribus. Verū in  
eo cōsilio federe nolim istos falsissimo nomine theologos: qui  
huc tantū spectant ut quod ipsi didicerūt: id solū habeat in pre-  
cio. Quid autē isti didicerūt quod nō sit ineptissimū: & idem cō-  
fusissimū: Quibus si contingat tyrānis: futurum est: ut anti-  
quitas optimis autoribus: insulsiſsimas istorū Nānias per ora-  
culis habere cogat mūdus. Quae usque adeo nihil hnt bonae  
eruditōis: ut ego sane malim uel mediocriter esse cerdo: quā isti  
generis optimi, si nihil melioris accesserit doctrinae. Isti sunt  
qui nolunt quicquā restituere quod ignorasse uideant. Hi no-  
bis fictam synodorū autoritatē obliuiscunt. hi magnū christia-  
nae fidei discrimen exaggerant. hi piculum ecclesiae quā isti  
scilicet humeris suppositis fulciunt: rectius plaustrum ful-  
turi: & huiusmodi fumos spargunt: apud uulgus indoctum  
ac lupsticiosum: apud quod cum per theologos habeant: nolunt  
ullam opinionis suae facturam facere: uerent ne: cum prope di-  
uinas citant lſas: id quod sepenūero faciūt: Graecae aut He-  
braicae ueritatis autoritas in os iaciatur: & mox appareat esse  
somnia: quod uelut oraculū adducebat. Diuus Aug<sup>9</sup> uir tā-  
tus ad haec eps: nō grauatur uel ab anniculo puero discere. Isti  
tales malūt oīa sursum ac deorsum miscere quā cōmittere: ut  
quicquid uideant ignorare: quod ad absolutam pertineat eruditōnem  
Quam nihil hic uideo quod magnopere pertineat ad fidei Chri-  
stianae sinceritatē. Quod si maxime pertineret. hoc certe ma-  
gis esset elaborandū. Neque uero periculū ē: ne protin<sup>9</sup> oēs  
descendant a Christo: si fors auditū fuerit: repertū esse in sa-  
cris libris: quod uel scriba deprauarit: indoctus aut dormi-  
tans: uel interpretes nescio quis: parū apte uerterit. Aliis ex re-  
bus hoc piculum est: quas hoc loco prudens subtriceo. Quā-  
to Christianius fuerit: semotus cōtentionibus quod quisque pos-  
sit in cōmum usum libenter cōferre: idque candidē amplecti: si-  
mulque & citra fastū discere quod nescias: & citra inuidiā do-  
cere quod scias. Quod si qui sunt illitteratiores: quā ut quicquā  
recte docere possint: elatiores: quā ut quicquā discere uelint:  
hos: quā pauculi sunt: ualere sinam<sup>9</sup>: & bonarū aut certe bo-  
nae spei mentū: potius habeamus rōnem. Ostendi quondā

meas annotationes rudes adhuc: & adhuc a follibus (quod  
aut) calentes: uir; integerrimis: summis theolog; doctissi-  
mis epis. Hi fatebantur ex illis qualibuscunq; rudiment; sibi  
plurimū lucē affulxisse: ad diuinarū s̄arum cognitionē. Por-  
ro quod admones: sciebā Laurentiū Vallam: añ nos hoc la-  
bor; occupasse: q̄ppe cui⁹ annotationes prim⁹ curarim euul-  
gandas: & Iacobi Fabri in Paulinas epl̄as cōmētarios uidi.  
Atq; utinam ab his sic esset elaboratū: ut nostra industria ni-  
hil foret opus. Equidē Vallam plurima laude dignum arbi-  
tror: hoīem rhetoricū mag; quā theologū: qui hac diligen-  
tia sit usus in sacr; litter;: ut gr̄ca cum latinis cōtulerit: cum  
nō pauci sint theolog; qui nunquā uniuersum testamētū or-  
dine pegerint: quanquā ab hoc aliquot loc; dissentio: præ-  
sertim in his quæ ad rem theologicam ptinent. Porro Iaco-  
bus Faber cōmētarios illos iam tū habebat i manibus: cum  
nos hoc oper; moliremur: ac parum cōmode euenit: ut nec  
in familiarissimis colloquiis alterutri nostrū in mentē uene-  
rit: de suo meminisse instituto. Nec añ cognoui quid agita-  
set ille: priusquā opus formulis excusum prodisset. Et hui⁹  
conatū uehementer approbo. Quanquam ab hoc quoq; lo-  
cis aliquot dissentimus inuiti: cū taliamico libēter. *εμοφη φοι*  
futuri p̄ oīa: nisi uer; magis quā amici esset habēda rō. præ-  
sertim i sacr; litter;. Sed mihi nōdum sat; liquet: cur hos du-  
os obiciās. Num ut a re uelut occupata deterreas? At appa-  
rebit me post tantos etiā uīros: nō sine cā laborē hunc susce-  
pisse. An hoc significas. nec istorū industriā probari theo-  
logis? Equidem quid Laurētio ad ueterē illam iuidiā acces-  
serit nō uideo. Fabrum audio p̄bari ab oībus. Quid qđ nec  
oīno, si le negotiū molimur? Laurētius tm̄ annotauit locos  
aliquot: id; ut apparet i trāscursu leuig; (qđ dici solet) bra-  
chio. Faber in Paulinas dūtaxat epl̄as edidit cōmentarios:  
easq; suo more uertit. Tum si qđ discrepabat: obiter annota-  
uit. Nos uniuersum testamētū nouum: ad Græcorū exem-  
plaria uertim⁹: addit; e regiōe gr̄ec;. quo cuius promptum  
sit cōferre. Adiecim⁹ separim annotationes: in quibus prim  
argumētis. prim ueterū autoritate theologorū docem⁹: nō  
temere mutatū qđ emendauimus; ne uel fide careat nostra

De Laur. Vall.

Jaco. faber.

uerum dici  
erastine!

Nov

correcto: uel facile deprauari possit qđ emendatū est. Atq̃  
utinam pręstare potuissēmus: qđ sedulo sumus conati. Nā  
quantū ad ecclesię negotiū attinet: nihil uerebor has meas  
uigilias: cuius ep̃o. cuius Cardinali. cuius etiā romano  
pontifici dicare: mō talis sit qualē habemus. Postremo non  
dubito futurum quin tu quoq̃ sis adito libro gratulaturus  
qui nūcab edendo dehortaris: mō uel paululū eas degusta  
ris lras: sine quibus hisce de rebus recte iudicari nō possit.  
**V**ide mi Dorpi ut eodē officio geminā inieris gr̃am. nimis  
rū alterā apud theologos istos: quorū nomine diligentissi  
me functus sis tua legatiōe: alterā apud me: cui tā amica ad  
monitiōe testatorem feceris amorem tuū. Tu uicissim boni  
cōsules nr̃am æque liberā satisfactiōnē: & si sapi: nro consi  
lio potius accedes qui tuā unius rem ago: qđ istorū qui tuum  
ingentiū extimīs rebus natū: nō ob aliud student: in suā tra  
here factiōnē: qđ quo tāti ducis accessiōe suas cōmuniant co  
pias: seq̃nt illi meliora si possint: sin minus: tu tñ qđ est opti  
mū sequere. Quod si non potes illos reddere meliores: id  
qđ uelim te aditū: saltē illud caue: ne te reddant deteriore.  
Porro fac ut qua fide causam istorū apud me egisti: eadē me  
am agas apud istos. Placabis hoīes quo ad fieri pōt: & psua  
debis me quod facio: nō in eorū facere cōtumeliā: qui hasce  
lras nesciūt: sed in publicā oīm utilitatē quā nemini nō pa  
tebit: si uelit uti. neminē urgebit: si malit carere. Tum eo esse  
anō: ut si quis exoriat qui rectiora docere possit aut uelit:  
me primū fore qui nostra rescindā & abrogem: & illius sub  
scribā sententiā. Ioanni Paludano multā ex me salutē dicitō:  
cum quo fac ut hanc de Moria litem partiaris. propter cō  
mentarios illi dicatos a Listrō nostro, Doctissimo Neuios  
humanissimo D. Nicolao de Beueris Pręposito diui Petri:  
fac me diligenter cōmendes. Menardū Abbatē: quē tā ma  
gnificis ornas pręconis: nec dubito: quin qua es fide: ueris  
simis: uel tua causa diligo uenerorq̃: neq̃ negligā in litteris  
meis simul atq̃ incidit cōmoditas: eius honorificā facere  
mētione. Bñ uale mortalitū charissime Dorpi. Antuuerpie.  
An. M. D. xv.

*Johes paludano*

ENCOMIUM SELESTADII CARMINE  
ELEGIACO PER ERASMV M RO-  
TERODAMVM.

**N**obile Slestadtū: tua quis pomeria primus  
Signans: tam dextris condidit auspiciis?  
Vnde tibi Genius tam felix tamq̃ benignus?  
Sydera nascenti quæ micuere tibi?  
Cum uidearis enim: neq̃ muro in signe capaci:  
Plæbe nec innumera: diuitiis ue scatens:  
Vrbibus in cunctis: tamen haud felicior ulla est  
Quotquot Cæsarea sub ditioe uigent.  
Non ego iam memoro: quod fertilis undiq̃ campus  
Adiacet: & segetem prosperat alma Ceres.  
Quodq̃ hinc uitiferos montes: hinc ditia Rheni  
Flumina prospectas: grata quod aura fouet.  
Commoda bella: sed hæc tecum cōmunia multis:  
Dotibus hisce simul uinceris & superas.  
Nulla tibi propria est: quod & una: & parua: tot ædis  
Virtute insignes ingenioq̃ uiros.  
Tot pariter gemmas: tot lumina fundis in orbem  
Quod multis aliis uix genuisse datum est.  
Doctrinæ procures tot habes: quot proditor ille  
Vix belli procures oculuisset equus.  
Quam non Vuimphlingus: quam non Spiegellius urbem  
Quam non Kirherus nobilitate queat?

Vndetibi Sapidus: doctis quoq; dignus Athenis!  
Vnde facer Phrygio: Storckius vndetibi!  
Vndetibi Arnoldus: musis excultus: & unde  
Matthias niveo pectore Schurerius?  
Vt fileam reliquos: non te satis ille Beatus  
Rhenanus: lingua doctus utraq; beat!  
Qua tibi cum liquido tacita est cognatio caelo?  
Num quod Palladia numen ab urbe fauet?  
Corpora gignit humus: mens aethere manat ab alto  
Membra alia pariunt: tu paris ingenia.  
Quis non inuideat tam splendida commoda: ni quod  
Non tibi sed mundo fertilis: ista paris.  
Gloria te penes est unam: sed fructus ad omnes  
Peruenit: humanum qua patet orbe genus.  
Haec memor hospitii: tibi carmina panxit Erasmus  
Haud lepida: at grata qualiacunq; cheli.

¶ Finis.

IANVS DAMIANVS SENENSIS AD  
LEONEM. X. PONT. MAX.

**S**vmme pater salue: salue qui numine diuum  
Clauigera referas regna beata manu.  
Salue quē colimus: quē credimus: atq; fatemur  
Aetherei sanctas regis habere uices:  
Romanae sedi qui non minus addis honoris  
Quam tibi contulerit pontificale decus.  
Pastorem lacero quum te praefecit ouili  
Consuluit misero cura superna gregi.  
Italica ut semper tibi sit pia cura quietis:  
Et per te nostris ocia parta focis:  
Huc studium: curamq; tuam conuertere debes  
Et causas omnis tollere dissidii.  
Quicquid atrox: quicquid truculentū: immane: nephandū  
Committi in rota cernitur Italia  
Proice: quaeso pater sanctissime pacis & auctor  
Qui uere es uerus religionis amor.  
Te seruare bonos æquum est: pacemq; tueri:  
Nil maius: nil te sanctius orbis habet.  
Pascitur humano sceleratum sanguine bellum:  
Quærit & illicitas miles auarus opes.  
Agricolæ fugiunt trepidiq; feruntur in urbes:  
Vitare hostiles qui potuere manus,  
Perq; uias passim stabulant armenta: gregesq;  
Italicas foedat sordida turba domos.

G

Oppida dissectis late flagrantia muris  
Cernimus hostili diruta quæq; manu.  
Nonne mouent animū Romanæ ingentia damna  
Vrbis: & in Latio regia castra solo?  
Prospicere Adriacæ summo de uertice molis  
Fumantes campos: solaq; rura licet.  
Deficiunt uolenta breui: moderataq; durant.  
Seruanturq; bonis artibus imperia.  
Cum trucibus sint bella Getis: hos tollere pulchrū est  
Quos stimulat nostri sanguinis atra fitis.  
Sed pax æqua liget populos: ac fœdera iungat:  
Et lanæ firment ferrea claustra fores.  
Hanc Italæ pacē superi date. Pace uiator  
Gaudet: nec solus nocte uiare timer.  
Pace suas mercator opes terraq; mariq;  
Securus nulla fertq; refertq; mora.  
Pace suas dominus uillas: sua prædia uisit:  
Perspectis addit cōmoda multa locis:  
Hic stabulum pecori locat: illic tecta colono  
Erigit: & puteos pars habet illa suos:  
Hic designant uites clausura nouellas:  
Quæ fluat in patulos concaua fossa lacus  
In plano salices: oleas in colle supino  
Ponit: & auulsis sentibus auget agrum:  
Arboris alterius ramis aliena recondit  
Germina: usq; nouas confita sumit opes.  
Pace colonus ouans agris noua carmina dicit.

Pax.

Frugiferam & curuo nomere findit humis  
Seminibus factis maturo tempore messes |  
Colligit: & Bromii dulcia dona patris:  
Carpit poma: boues cantans in pascua ducit  
Tondet oues: niuei munera lactis habet:  
Atq; leui rapidos estus arcente galero  
Falcifera refecat grandia prata manu:  
Nec minus hortorum cultu oblectatur arceos:  
Sparsaq; foecunde semina mandat humo:  
Miscet odoratis bene olentes floribus herbas  
Et gratos dominis eligit inde cibos:  
Nunc cane uenatur: pisci modo retia tendit  
Retibus aligeras & modo fallit aues.  
Bello cuncta ruunt: solum nos pace tuemur:  
Pax erit ut uideo bella mouere Getis.  
Nulla tuis poterit maiorum gloria rebus |  
Aequari: & cedent cuncta trophaea tibi.  
Perfidus ille pios populos inuasit & ui bes:  
Et Scythicus nostro regnat in orbe furor.  
Cum trucibus sint bella Getis: satis una superq;  
Graiorum miserum uidimus excidia:  
Totq; obiisse duces & Achaia moenia flammis  
Diruta: sanguineo procubuisse solo.  
Actum erat: instabat uictor crudelis: erantq;  
Omnia plena metus: omnia plena fuga.  
Ast ubi pontificem Senensem Turca creatum  
Auduit: atq; animos propositumq; suum:

G U

Substitit in medio cursu conterritus ipse  
Nominis & fama pene subactus erat.  
Hic Magmaethis terris imponere leges  
Non potuit: quod mors impia fila secata  
Postq̄ grata Pii ruperunt stamina parca  
Humanum statuunt quæ nihil esse diu.  
Vndiq; Senenses in te sua lumina pascunt  
Exoptat longos & tibi quisq; dies.  
Auguriis sibi quisq; animû felicibus implet  
Et suscepta tuo nomine uota facit.  
Vnû oēs pariter te poscere fata loquuntur.  
Quo duce Turcarum stirps scelerata cadat  
Quare age & inceptû Leo maxime p̄fice munus.  
Et tibi commissas respice pastor oues.  
Hispanus ueniet: pariter Germania tecum;  
Nectus in tali tempore Cæsar abest.  
Gallia pacatis aderit comitata Britannis  
Et munita suis uiribus Illyria.  
His comes Epyros ueniet: Cyprosq; Rhodosq;  
Et positæ nostris insulæ in æquoribus.  
Pars quoq; Treiciæ gentis simul induet arma  
Inq; tuum exitium Turca superbe ruet.  
Quid loquar Italiæ felicia regna potentis?  
Quam grauis in rabidos concitat iracanes.  
Hanc prius unanimum tua si sapientia reddet  
Sub latias uenient ultima regna manus.  
Hic hominû cœtu magno Florentia tecum  
Stabit: & auxilium proxima Sanaferet.

Floridor cunctis duce te Florentia terris.  
Fœlix Sæna Pii patria pontificis.  
Hinc Ligur: hinc Venetus terraq; mariq; iuabatur  
Ardor Arimineæ nec minor urbis erit.  
Adde alias urbes opibusq; uirisq; potentes:  
Quosq; tua populos sub ditione tenes.  
Agmina longa ducû felicia castra sequentur  
Et tingent rubra candida signa cruce.  
Non Vrsina domus: nec opem Gonzaga negabis  
Mantua: & auxilium dura Columna feret.  
Extensis rigidos Turcas Alphonfus adibit:  
Ballio nec fugiet bella cruenta tuus.  
Nomine req; Leo propera uelut asper in hostes  
Non ne Leo fortis corda leonis habes?  
At genus omne hominû qui ueri scepra tonantis  
Observant: uertent te duce bella Getis:  
Quare age & inceptû pater optime p'fice munus:  
Victori cædent cuncta trophea tibi.  
Hic sauum Anibilem fortesq; subegit Hyberos  
Virtus honoratæ funera bina domus.  
Hic domitis Asiæ populis uictosq; triumphat  
Antiocho: & patrias strenuus auget opes.  
Ille capit Persen: uinctum trahit ille Iugurtam  
Cymbrorumq; sua comprimit arte minas.  
Conatus Catilina tuos hic fregit: at illi  
Egregium nomen Creta subacta dedit.  
Ille uagum Cylicem & Sertoria contudit arma  
Iuraq; Romani protulit Imperii.

Gili

Orbe sub Arctoobis quinos ille per annos  
Vicit: & extremum subdidit oceanum.  
Alter ubi terras simul & pacauit & æquor:  
Iuncta suo meruit templa tenere loui.  
Alter & auroræ populos penetrauit: & Indis  
Pelleum imposuit uictor ubiq; iugum  
Adde pium Aenean: Alciden: Hæctora: Achillen:  
Et quoscunq; canit Græcia magna duces:  
Omnibus his celebrem uirtus dedit inclyta famam:  
Et gesta eximium res peperere decus.  
Tamen hos uinctes: neq; em te ducit inanis  
Gloria: nec regni dira cupido tenet.  
Verus honos: fidei studium uenerabile nostræ  
Hoc te præclarum ferre it: bebit onus.  
Ite duces trepidum pia signa feramus in hostem  
Dextera iam faustum concinit omen auis.  
Improbe quid te igitur facturum Turca putemus?  
Romanum accipies cum uigilare ducent?  
Iamq; lacesitas animare in prælia gentes  
Iustaq; in immites bella mouere feras.  
Ecce tremuit Rhodope: pauet imo conditus alueo  
Et reuocat celeres impius Hebrus aquas.  
Nos Pelopis regio ammissa: & Bizantia clades  
Admonere tuæ per fide sauitie.  
Nec solum nostris scelerate fugabere terris:  
Sed fugies patrios pulsus ad usq; Getas.  
Vel Leo crudelimites de gente triumphans

Inilclet ulcto ferrea uincla tibi:  
 Cuius ad occasum solis penetrauit ab ortu  
 Gloria: quæ nulla stat moritura die.  
 Ipse licet maneat tantarū in munere rerum:  
 Nostraq; te exultet principe relligio:  
 Non tamen humanos præclara modestia mores  
 Exiit: & nulli est mitius ingenium.  
 Iustitiam ne prius mirer sanctissime præsul  
 An memorem largas ad pia dona manus.  
 Quid tua quas habeat uires facundia dicam?  
 Quantaq; de docto pectore uena fluat?  
 Te non ulla latent clarorum scripta uirorum:  
 Nulla sacrae series te fugit historia.  
 Nectua contemnit generosos cura poetas  
 Quos diuinæ aliquid mentis habere ferunt  
 Tale sed ipse facis uatum doctissime carmen  
 Quale canit sumpta Delius ipse lyra.  
 Doctus es: & culti placido sermonis ab ore  
 Dulcior Hyblæo copia melle fluit.  
 Nec minus orator quam uates optimus: idem  
 Italiae linguam tradis utranq; tuæ.  
 Est modo Meccenas uates quem sepe petistis:  
 Te duce nunc redeunt sæcula prisca Leo.  
 Viue diu felix: superi tua fata secudent,  
 Et faciant fati te superesse tuis.

¶ Finis,

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF